
n 190

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
68
12 A
3

68. 12. A. 3

COMPENDIOLVM CVIVS TITVLVS EST THESAVRVS ANIMAE

in Dominicam precationem per Reuerēd Sacerdotem Laurētium Dauidicum cō-tra hæreticos veræ fidei, propugnatorem, & catholicæ veritatis acer-rimum cuſtodem ac defenſorem.



1633

Factus homo factor hominis, factiq; redemptor,
Iudico corporeus corpora corda Deus.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
DUPLUM BIBLIOTHECAE

Vbi eſt Theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum



ic fiat ſacrificium noſtrum in conſpectu tuo hodie, ut placeat tibi domine Deus.

ILLVSTRISS. ac Reuerendiss.
Dño D. Io. Dominico de Cuppis
Epo Oſtieñ. S. sanctæ Ro. Ecc.
Card. Traneñ. Decano. viro
doctrina ac pietate inſigni
Laurẽtius Dauidicus sa
cerdos et prædicator eius humilis ſeruus.
S. P. D.



CVM Dominicæ Orationis Card. ac mi in Chriſto Pater Ampliss. latinã expoſitionem, ut nõnullorum deſiderijs satisfacerem, imprimendã curarem, cumq́ꝫ diu mecum, multumq́ꝫ quid ad te hoc tempore potiſſimum darem, excogitarim, illud mihi in mentẽ uenit, me nullum

tibi maius ac gratius munus, et quod auctori tati tuæ ſit grauius, dari poſſe, quàm ſi hoc tibi in Dominicam precationem cõmentari olum darem, tuo'q; felici ac fauſto nomini inſcriberem. Hoc itaq; Dominicæ Orationis opuſculum tibi comitto, hunc animæ Theſaurum uirtuti, pietati, fidei, et felicitati tuæ comendo. Hinc chriſtianæ religiõis præceptio ac inſtitutio ad futuræ uitæ gloriã facile conſequendam, naſcitur, hinc uirtutes omnes, quæ ad benè, beatè, & sanctè uiuendum pertinent, proficiſcuntur, et in huius noſtri Patris, qui in Cœlis eſt, cognitionẽ deuenimus: hinc deniq; in eiuſdem ſempiterni patris cõſuetudinem nos ipſos inſinuamus voluntatemq; ipſius ac gratiam nobis conciliamus. Non dubito Ampliſſ. Car. quin huius ſolum opuſculi patrocinium quamlibentiſſime ſuſcipias, uerum etiã in eam ſpem uenio, ut cæterorũ quoq; ſcrip

torum, & lucubrationum mearum te patronum, & defenſorem fore perpetuum & acerrimum confidam. Accipias igitur libenter paruum hoc opuſculum, & eo in me animo eris, quo hactenus nō modo erga me extitiſti, sed etiam in reliquos omnes catholicæ fidei propugnatores, & cuſtodes ſemper fuiſti, Teq́ obſecro, ut in precibus ac pijsſimis meditationibus tuis uniuerſæ Reipub. Chriſtianæ, & mei memor eſſe velis, qui quantum humanitati tuæ debeam teq́ in Chriſto diligam, haud facile dixerim. Vale.

Admittimus quod imprimatur.

F. Hieronymus de Mutiarellis de Bononia ordinis predicatorū Magiſter Sacri Palatii.

PIO LECTORI.

CVM unicuiq; mandauerit Deus de proximo ſuo, quorundã amicorum cõſilio tuæq; ſpiritualis utilitatis ductus deſiderio Dñicæ Orationis expoſitionem aggreſſus ſum quã ſi diligẽter perlegeris, recte percipies uigilantiq; animo expendes ſpero q̃ nõ mediocrem conſolationẽ interioreſq; fructus capies. Accipe igitur hunc animæ Theſaurum, hoc quã plurimorũ ſanctorum auctoritatibus refertum Dominicæ p̃cationis cõmẽtariolum ac ſalutis prõptuarium, deũq; pro me ac totius Eccleſiæ Chriſtianæq; religionis reformatione oratũ habeas. Vale.

Tuus pro Chriſti nomine quantuluscunq; eſt Laurentius Dauidicus ſacerdos, & prædicator Apoſtolicus licet indignus ac inutilis exiſtat.

INCIPIT AD LAVDEM DEI OMnipotentis, Theſaurus Animæ per Reuerend. Sacerdotem Laurentium Dauidicum concionatorem apoſtolicum æditus.

Cum oratis dicite. Pater noſter &c.

AVDITE Fratres quem patrem habemus in cęlis, eum amãdo bene viuamus in terris: qui enim ſecundum talis & tanti patris non viuit voluntatem, ad eius nunquàm perueniet hæreditatẽ. Ipſe Pater eſt, & nos filii. enitamur vt ſimus veri eius filii, ſicut ille nr̃ verus eſt Pater. Si nos omnes fratres eſſe cognoſcimus verè pater noſter dicere poſſumus. Si fratres nos Chriſtus ſuos eſſe voluit, cur quemlibet proximum præſertim baptizatum in fratrem homo habere dedignatur, licet diues, ſapiens, & honoratus exiſtat? Dicamus humiliter. Sanctificetur nomen tuum. vt eius ſanctificatione nos ſancti efficiamur. Ipſe enim ſemper ſanctus, & ipſa ſanctitas
eſt. Ipſe eſt ignis emundans argentum, conſu- Malac.3. a.
mẽs peccata, & purgãs filios leui. Ipſe eſt amor,
verum lumen, & præclarum, & dulcedo cordiũ, Ioã.14. a.
ipſe deniq; via, veritas, & vita. dicamus feruẽter ò Cęleſtis pater. Adueniat regnum tuum .i. Nos bonos, ac ſecundum cor tuum facias, quo

in virtute illius puriſſimi ſanguinis, regno tuo digni inueniamur. Paſſio enim tui dulciſſimi filii, clauis eſt Paradiſi: eſt & Nauis, qua ad ſalutis portum ducimur.

FIAT voluntas tua.i. concede nobis, vt ſicut ſpiritus eſt prōptus ad tibi ſeruiendum, ſic caro infirma fortis reddita tibi deſeruiat, vt ſic te agnoſcant infideles confugientes ad eccleſiam, ſicut te guſtant, & diligunt fideles in eccleſia: & ſic tibi obſequamur in terris, ſicut tuæ maieſtati Angeli obediunt in cęlis. Panem noſtrum quottidianū da nobis hodie.i. ad vitam interioris, & exterioris hominis neceſſaria tribue. Corpus materiali pane nutritur, & Anima ſanctiſſimo altaris Sacramento reficitur. Qui autem non bene viuunt ſua vtroq; pane ſe indi-

Pſal. 30.e. gnos reddūt malitia. Qui vult ergo veſci pane ſuo, declinet à malo, & faciat bonum, quia non eſt homo, qui non peccet, non eſt, qui peccando aliqua cum Deo debita non contraxerit.

Qui vult ſua ſibi debita remitti, cum nullus ex ſe ſoluendo eſſe reperiatur, dimittat aliena, ſibi illatæ iniurię nō recordetur, parcat ore, parcat & corde, diligat offendentē opere, & verita-

Rom. 12. d. te. Vincat in bono malum, eis compatiatur, à quibus patitur, percutienti maxillā promptus

Matt. 5. f. ſit ei prębere & alterā, & illis orando medeatur, A quibus vulneratur, continuis precibus vitam procuret, A quibus occiditur. Dimittamus fratres quicquid nobis peccādi eſt occaſio, dimittamus pręterita delicta, ceſſemus à futuris, nec leuia contemnamus, quia aqua guttatim Nauis per rimulas impletur, ſi non curatur ſenti-

na,nauis ſubmergitur, perſtemus in oratione, ne tempore tentationis inducamur ad cõſenſum,trahamur ad opus, & diabolica conſuetudo nos comprimat'. Oremus Deum fratres vt liberet nos à malo. Mali nos ſumus ex nobis, malum eſt omnis culpa,& malus eſt diabolus. Ab hac ergò mala nos liberet Trinitate, qui tam feliciter,ac glorioſe ſua viuit in Trinitate. Amen. Ideſt tribuat nobis, & proximo quod petimus, & ipſi Soli ſit honor,& gloria.

Pater noſter, Qui es in cœlis.

HAc oratione accedamus, quó nos vocat Charitas, trahit amor, & inuitat affectus, qui iudicem mutauit in patrem, & Dominum in Fratrem, Amari vult, non timeri, & nos ſancte viuere debemus, vt ſancto Patri correſpondeamus. Ille enim ſe Dei filium oſtendit qui vitiis non detinetur, qui ſplendet virtutibus, qui eum vbiq; præ oculis habet. Huius tanti patris nomen ex noſtris in nobis operibus honoratur, vel blaſphematur. Hic regnat in nobis cum deficit peccatum, excluſus eſt Diabolus, & ceſſauit captiuitas. Huius tunc in nobis fit voluntas, cum quicquid cogitamus, loquimur, agimus, videmus, ſentimus, Deus eſt. Hic dat panem quotidianum, dum pro nobis quottidie offertur in Miſſarũ ſacrificiis. Qui panis fuit ſatus in virgine,fermentatus in Cruce, in paſſione confectus, & in ſepulchri fornace decoctus. Non debemus in petendo deſiſtere ex quo ſe non petentibus

dedit. Ille totum debitum ſuum à Deo ſibi optat dimitti, qui aliis totaliter dimittit. Hic pater cum imploratur ab eo auxilium, ita nos ſua paterna pietate conſtringit, quod nos non ſinit obrui tentationibus, & à malo .i. à diabolo liberat. Amen .i. fiat

Pater noſter.

O Homo hanc dicendo orationem, ſic te Dei filium ſcito, vt ſeruum te eius eſſe nõ obliuiſcaris: ſic ad Chriſti ſimilitudinem te redactum, vt ſemper te Chriſti, vel Chriſto cognoſcas eſſe ſubiectum. Quod Chriſtus fuit ſemper, tu te modo eſſe crede per gratiam: ſic tibi de tali applaudas priuilegio, vt timere non deſinas. Beatus enim vir, qui ſemper eſt pauidus, & ambulat in ſimplicitate quia ambulabit confidenter conculcans Leonem, & Draconem, & vſq; ad montem Dei Oreb in fortitudine cibi illius, qui pro nobis offertur, in Miſſarum ſacrificiis, eſcam enim dedit timẽtibus ſe, memoriam faciens mirabilium ſuorũ, miſericors & miſerator Dominus. Nunquàm Deum patrem vocare noſtra auſa eſſet mortalitas, niſi ſuperna virtus ad hoc nos animaret interius. Dicamus ergo cum ſpiritus iocunditate, cum timore & tremore ſeruientes illi. Pater noſter qui es in Cœlis, & ſi talem patrẽ habemus in cœlis, cur vitam communem cum beluis degimus in Terris? Et cur non potius mentem eleuamus ad cœleſtia? & quantum Dei in ſe Nomen ſanctum eſt, enitamur mediante

Prouerb. 28.c.

Pſal.90.c.

3. Reg. 19.b.

Pſal. 110. a.

eius gratia, quæ ſolum deficit præ torpore ſi-
bi deficientibus, vt tantã nos eius mereamur in
noſtris mentibus ſanctitatem. Petimus regnũ
eius in nobis, vt ſpiritu renouemur, & mente.
Dum enim diabolus variis nos obſidet arti-
bus, illudit inſidiis, impugnat vitiis, perſequi
tur tentationibus, peccatis vulnerat & deſpera
tione proſternit: dum à noſtris diſtrahimur ſen
ſibus, concupiſcentiis vincimur, & diuerſis ſu-
perſtitionibus ac ſæculi abuſionibus paſcimur
Chriſti regnum non eſt in nobis. Illud ergo
adeſſe imploramus, dum eius veri filii eſſe co-
namur. Petimus & in hac Dominica oratio-
ne, vt ſit terra cœlum, vita Deus, Tempus
æternitas, & vna Angelorum, hominumq; vo
luntas: & quia quottidie infirmamur, quottidie
panis cœleſtis medicinæ nobis miniſtrari pe-
timus, donec illo in die perpetuo perfruamur
erga proximum ei dimittens, ſit quiſq; miſeri-
cors, vt miſericordiam conſequatur, & tantũ
faciat fratri, quantum ipſe à Deo quærit miſe
ricordiæ, & quia vndiq; ſunt anguſtiæ tenta-
tionum, ne in earum foueas incidamus, neue
nobis malum dominetur, ab illis & à diabolo,
qui ipſum malum eſt, petimus liberari dicen-
tes. Ne nos inducas in tentationem, ſed libe-
ra nos à malo. Amen.

Pater noſter.

VENIT Pater quia homo Deum, ſeruus Dominũ nõ ferebat, & fit hæres cœli, qui exul erat in Terris. Fit filius per adoptionis

gratiam qui prius erat filius iræ per rebellio-
nis miſeriam; Primus pater nos reſoluit in li-
mum,nos in Dæmonum manus prodidit, & in
abyſſum detruſit inferni. Secundus pater nos
cupit de terrenis cœleſtes facere,diuites de pau
peribus, & de hominibus Angelos. Quid er
go non debemus facere, pati, & omittere, ne
ad tanti Genitoris amplius tendamus iniuriã?
Nomen eius in nobis eſt, quòd chriſtiani ſu-
mus: ſimus ergo pro eius gloria tales re, qua-
les ſumus & nomine tota deuotione, viuis de-
ſideriis, & cordis radicibus requiramus, vt ſic
regnet in nobis, ſicut regnat in cœlis .i. in An
gelis, & tunc fiet voluntas eius ſicut in cœlo,
ita & in terra, quia per eius virtutem, & ſi na-
turæ ſint diuerſæ .S. humana & Angelica, vna
tamen in vtraq; adeſſe poteſt voluntas.Regnet
ergo Chriſtus Rex in ſuis militibus, & milites
ſuo triumphent in Rege, & eius, dum regnat
in cœlis, voluntas impleatur in terris. Qui
tunc nobis dat panem quottidianum dum iugi
ter nos conſeruat in gratia, dumq; nos multa
pati permittit. Quia non minus veri chri
ſtiani animam nutrit aduerſitas, quàm mate-
rialis panis corporis huius ergaſtulum, & qui
in ſe peccantibus libenter ignoſcit, imò cupit
habere quod ignoſcat, ſecurus & cõfidẽter dice
re poteſt,Dimitte nobis debita nr̃a,Sicut & nos
dimittimus debitoribus noſtris. Cum quis ſibi
non fidit, nec de ſuis viribus, ſed humiliter
ſentit, nec ſaluari per ſe præſumit, non relin-
quitur ſibi in tentationibus, & non ſuccumbit,
& abomni malo per Dei liberatur auxilium.

Ideo vincit in omni pugna, & contra quoſcũq; hoſtes triumphat victoriam obtinens. Amen.

Pater Noſter.

QVANTA ſit erga nos Dei liberalitas ex hoc patet, quia totum volens nobis præſtare ſua ſibi prece voluit ſupplicari. Dignatur nos eligere in filios, vt bene viuendo, nos eum dignemur habere in patrem. Qui dicitur ſpiritualiter eſſe in cœlis licet ſit & in Terris: vt non habentes hic Ciuitatem permanentem, cœleſtem inuitemur ad patriam. Pater autem hic noſter nõ noſtris ſanctificatur precibus, quia per ſe ſanctus eſt, imò ſanctorũ ſanctitas: ſed in nobis, dum Chriſtianè viuimus, decoratur. ſicut enim bene viuens Dei tendit ad gloriam, ſic in eiuſdem mala hominis vita redundat iniuriam. Adueniat regnum tuum nobis non habentibus, non ſibi, quia illud ſemper habet: vt ſic in nobis deſinat mors regnare, deſinat & peccatum. Huius tanti patris optamus in terris fieri voluntatem, vbi tot pro Diaboli voluntate, pro ſeculi nequitia, pro carnis deſiderio, ſuam homines exequuntur. Dat & nobis panẽ quottidianum, dum ad illud ſacrum conuiuium nos inuitat: vt illud ad virtutem corporis, mentiſq; capiamus. Dat & præſentis vitæ nutrimentum, quibus iuſſit non eſſe ſolicitos, quid manducabimus, aut quid bibemus. Iactet ergo homo ſuum cogitatum in domino, & ipſe eum enutriet, quia

Hebre. 13. c.

Matt. 6. c.
Luc. 12. c.

nunquam vidi iuſtum derelictum, nec ſemen
Pſal.54. eius quęrens panem. Ille veram hic aget pœ-
Pſal. 36. nitentiam, qui aliis quicquid habet aduerſus eos remittens amore Chriſti, ſic eum orando ſibi conferri ſperauerit indulgentiam. Qui Deo fidelis extiterit, omnes tẽtationis laqueos euadet,& à totius mali eripietur auctore. Nam & ad hoc cœleſtis ille pater noſter filium ſuum nobis accommodauit, vt Diabolum in nobis deuinceret. Reſtat ergò, vt benè viuendo, eius ſimplicem honorem ſitiendo, iugiter ad eum clamemus, Pater noſter &c. ò quãto nos amore proſequitur iſte noſter Aduocatus, dũ orandi nos Thema, materiam petitionis, & ſupplicandi normam paucis edocuit. Quàm confidenter ad Deum nos inſtruxit confugere, dum veræ orationis formam nobis dictauit, quò pietate illius interprete, ac miſericordia filii, à Patre, quæ Sancta ſunt, impetremus.

Pater noſter.

STupent Angeli cum dicimus Pater noſter, qui es in cœlis, quia vident Chriſtũ matrem ſibi in terris fateri, & homines patrem ſuum in cœlo confiteri. O diuinæ gratiæ mirabilis infuſio. O ſtupendam Dei Charitatem. O incõprehenſibile hominibus conceſſum priuilegium, Vt limus & viliſſimus cinis, Deum patrem ſuum liberè vocare valeat. Colamus ergò Deum Vitæ Sanctitate, liberam eius in nobis appetamus poteſtatem, more Angelorum pro noſtra virili ſuam in nobis impleamus vo-

lũtatem, dimittamus omnibus, vt peccatorum noſtrorum omnium remiſſionem habeamus, veræ perfectionis deſiderio, vt quodam ſpirituali pabulo quottidie à Deo paſci cupiamus. Petamus & viriliter reſtitendo quantum in nobis eſt, quo talis nobis infundatur gratia, ne in nos tentationi pateat aditus, nec diabolo tribuatur acceſſus.

Pater noſter.

IAm non dubito, quin me audias, quia Pater noſter es. Quis pater non audit filium? Et ſi carnalis pater filium deſereret, vt impium, & rebellem, Tu non potes me deſerere, qui totus ex te pendeo, quia opus ſum manuum tuarũ: quia tu pius, & miſericors es: quia meam deſideras, & ſitis ſalutem, quia amore meo ardes: quia pro me filius tuus caput ſpinis, latus lanceæ, & manus clauis, ac pedes expoſuit: & dilexit me plusq̃ ſe. Magnus quidem pater es, quia tua magna eſt potentia, mirabilis ſapientia, incomprehenſibilis miſericordia, indicibilis iuſtitia, & inextimabilis prouidẽtia, (veniam in conſpectum tuum, etſi vbique ſis, quò enim ibo Pſal. 138. b.
à ſpiritu tuo, aut quò à facie tua fugiam?) Venire auſus non fuiſſem, niſi vt te patrem vocarem tuus me inuitaſſet filius; ad cuius vocem omnis diffidentia periit, in amorem timor deſiit, & totus iocunditate perfundor. Quid mihi habenti Deum in patrem vnquam deeſſe poterit? A patre quid non obtinebit filius? Ad patrem quis confidenter non cõfugeret? Quis

cogitatum ſuum nõ iactaret in patrem, vt ip-
ſum enutriret? Quis nõ amabit talem patrem,
& cum communis omnium ſit pater, in patre
proximum quis quemcunq; amore non com-
plectetur? Quis ſe diſcreto odio non proſequa
tur, vt tam pium, & clementem patrem perfe
ctè & verè toto corde diligere valeat. (Deum
enim & noſmet ſimul amare non poſſumus.)
Iſte ò Fratres ille magnus eſt pater, qui nos de
nihilo condidit ad imaginem, & ſimilitudinem
ſuam, ſed de nihilo non refecit, cum noſtra nos
deformaſſet culpa imò vt reficeret proprio fi-
lio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradi
Rom.8. dit illum. Iſte eſt ille Clemens Pater, qui nos
tot decorauit gratiis, qui tot (cum inimici eſ-
ſemus) nobis cõtulit beneficia, vt nos ſibi per
filium reconciliaret, ut breuiter dicere poſſit
de nobis, Quid eis facere potui, quod non fe-
cerim? Iſte eſt ille Pater inacceſſibilis, Pater per
quem ſapimus, mouemur, & ſumus, Qui ſi nos
iugiter ſua motus pietate non ſuſtineret, ita in
Ioã 12.c. nihilũ redigeremur, Quòd de nobis dici poſſet,
Pſal.9.b. Ad nihilũ valent, vltra niſi vt mittãtur foras, &
Pſal. 143. a. conculcentur ab hominibus. Periit memoria
eorum & dominus in æternum permanet. Ho-
mo enim vanitati ſimilis eſt, & dies eius ſicut
vmbra prætereunt. Iſte Pater noſter in cœlis
eſt, licet ſit vbiq; & in omnibus per eſſentiam.
In eo enim ſunt quæcunque ſunt. Hinc in ipſo
habent eſſe elementa, plantæ vegetetiuam ani-
mam, irrationabilia ſenſitiuam, Homo & An-
gelus intellectiuam. Deus & eſſe ſuum habet in
ſeipſo, qui eſt ſuper omnia incircunſcriptus,

intra

intra,extra,& intra omnia,quem,inquam,totus non capit orbis. Hic noſter Pater, ò Lector candidiſſime, ſuum nobis dedit filium. Ideò canitur. Puer natus eſt nobis,& filius datus eſt nobis. Puer natus quo ad humanitatem,& Filius datus quo ad diuinitatem. O mirabile hominis priuilegium,Filius datus eſt nobis,& cum eo dedit pater nobis & omnia, pater eſt noſter. Hinc dicimus nos omnes filii. Pater noſter. Et ſpiritus ſanctus noſter eſt, quia propter nos, & ad nos miſſus eſt. Ecce quod nihil deeſt timentibus eum, ex quo eorum totus eſt Deus. Ille magnus filius tanti patris eſt nobiſcum generaliter per potentiam,portat.n.omnia verbo virtutis ſuæ. Eſt ſpecialiter per gratiam. Dixit Heb.1. nanq;,vbiſunt duo vel tres congregati in nomine meo,ibi ſum in medio eorum, ſed non eſt Matt.18.c in medio tepidorũ,carnalium,& hæreticorum.

Eſt nobiſcũ ſingulariter per naturę vnionem. Ait enim Ioannes, Verbum caro factum eſt, & Ioã.1.b. habitauit in nobis. Eſt & ſacramentaliter per corporis ſui dimiſſionem. Hinc dicit, Accipite hoc eſt corpus meum &c. Hoc quotieſcunque &c. Opera ergò & oleum perditis,ò hæretici,dum ſanctiſſimi altaris ſacramenti impugnatis veritatem. Quilibet enim veſtrum fruſtro labore conſumitur, quia ait incommutabilis veritas. Ero vobiſcum vſq; ad conſumationem ſeculi. Iſte filius eſt etiam frater noſter,quaſi ferè alter,vel ferens alterum. Cogitet quiſq; apud ſeipsum,an ſit alter Chriſtus per imitationem, ſicut eſt Chriſtianus à Chriſto. Si enim compatimur & corregnabimus. Cogitet etiam an ſe- 2.Tim.2. b.

rat manus Domini cum ita vexatur, quòd dice
Iob. 19.c. re poteſt. Manus Domini tetigit me. Hinc
ait Dauid. viriliter age, & cóforte tur cor tuum,
Pſal. 26.d. & ſuſtine Dominum. Heu quot decipiuntur,
Hiero. Epi 9. quia fruſtra in eo ſibi applaudunt, cuius mãda
ta non ſeruant. Qui in Chriſtũ credit, & Chri
Bernardus ſtianus eſt (ait Bernardus) opera Chriſti faciat,
vt viuat fides ſua, fidem ſuã dilectio animet (fi
des enim vera eſt, quæ per dilectionem opera
Gre. tur) actio probet. Tunc veraciter Fratres Chri
Aug. ſti erimus, cũ quod de eo corde credimus, ope
ribus adimplebimus. Fides nanque ſpe nutri
tur, vt corpus cibo reficitur; dilectione anima
tur, vt corpus anima viuificatur. Dilectio ope
ribus comprobatur, vt fides ſine operibus mor
Iaco. 2.d. tua eſſe credatur. Qui operatur iuſtitiam ha
Pſal. 24.a. bitabit in tabernaculo Domini. Non dici, ſed
Ignatius. eſſe Chriſtianum, Chriſti fratrem facit. Qui
Matt. 12. d. enim, ait ipſe, fecerit voluntatem patris mei, qui
in Cœlis eſt. (Ideo dicimus Pater noſter, qui es
in cœlis &c.) hic frater meus eſt. Fratres Chri
Rom. 2.b. ſti veri iuſti ſunt. Sed dicit Paulus, Non audito
res legis, ſed factores iuſti ſunt apud Deũ. Qui
iuſtus ergo eſt per fidem, iuſtificetur adhuc per
bona opera, quæ ſunt velint, nolint hæretici
de eſſentia fidei, vt fructus de eſſentia arboris:
Calor & lux de eſſentia ignis ac ſolis: & anima
de eſſentia hominis. Et quia ad hominis adulti
facultatem habentis operandi poſt iuſtificatio
nem cócurrunt opera in voto ſimpliciter cum
fide, ſi ille iuſtificari dicitur per fidem iuſtifica
tur & per bona opera in voto quoquomodo,
Dominus non coronat ocioſos, ſed bonis ope

ribus inſiſtentes,quæ facta in ſtatu gratiæ (nec aliter bona ſimpliciter diceda eſſent) & ad laudem Dei meritoria ſunt,non ex ſe,iuſtitiæ enim noſtræ ſunt,tanquàm pannus menſtruatæ. Et non ſunt condignę paſſiones huius ſeculi ad futuram gloriam,quæ reuelabitur in nobis. Sic & operationes quamuis bonæ, & perfectæ ex ſe inquã,ſed reſpectu diuinæ promiſſionis,& conuentionis. Ideò dicit,Amice nõ facio tibi iniuriam,nonne ex denario cõueniſti mecum: Tolle quod tuum eſt,& vade. Coronat & viriliter dimicãtes pro ſui nominis gloria. Hinc habes, Lector,quod non coronabitur, niſi qui legitimè certauerit. Sic ergo delectet magnitudo præmiorum, vt nõ deterreat certamen laborũ, & obmuteſcat, qui in ſola ſibi ita fide applaudunt,vt operibus detrahant,vt panẽ ſuum ocio ſi velint comedere, & nos catholici, dum tempus habemus, operemur bonum, Tempore.n. ſuo metemus. Dicitur enim fides eo quod fiat id quod creditur. Sed reuertamur ad patrem noſtrum & dicamus.

Iſai. 64.b. Rom.8.d. Matt.20.b. 2. Tim. 2.a. Gre. Gal.6.c.

Pater noſter qui es in cœlis.

ID eſt in cordibus eorum,qui cum Apoſtolo dicere poſſunt,Conuerſatio noſtra in cœlis eſt. Annuntio vobis, ò lectores, gaudium magnum,quia patrem habemus in cœlis, vt ſciatis quia cor noſtrum non debet amplius morari in terris,ſed vbi eſt Pater noſter,vt,vbi eſt Theſaurus noſter,ſit & cor noſtrum. Ibi enim, nec erugo,nec tinea demolitur,nec fures effodiũt, nec

Philip.3.c Matt. 6.c.

ſurantur. Si ergò eſt in cœlis Pater noſter, cur
Ber. per inanianos vagamur in terris? Cur non au-
Eph. 5. d. dimus vocem dicentis. Aſcende quantum po
tes plus, quia ſemper debes? Et illud, Surge
qui dormis, & illuminabit te Chriſtus? O Pa-
ter noſter qui es in cœlis, fac nos eſſe tales fide
& operibus, vt tanquam in tot cœlis habites in
nobis, ut non diligamus te verbo, & lingua, ſed
opere, & veritate; & vt dicere poſſis. Inueni
homines ſecundum cor meum.

Pater noſter qui es in cœlis, ſanctificetur no
men tuum, ideſt fac, vt ſicut tu ſolicitus es
mei, miſericordia mea, refugium meum, ſuſce-
ptor meus, & liberator meus, protector meus,
& cornu ſalutis meæ, Illuminatio mea, ſpes &
ſalus mea, ita ſemper ſimplicem honorē tuum
Eſa. 55. ſitiam, te ſemper diligam fortitudo mea, Deus
meus, adiutor meus, te queram fide, amore, &
opere, dum inueniri potes, & te feruenter inuo
cem, dum propè es. Sanctificetur nomē tuum,
ideſt fac me talem, quod nomen tuum ſanctiſſi
mum ſemper in me laudetur, benedicatur &
glorificetur, & ſuperexaltetur in ſęcula. Sēper
in ſe fuit ſanctiſſimum nomen tuum, quia ſan-
ctitas tua, qua ſanctos facis & ſanctificas immu-
tabilis eſt: gloria nominis tui infinita eſt: ſed
quæſo, vt ſanctificetur in nobis, ex quo es pater
noſter, tam benignus, dulcis, ſuauis, & miſeri-
cors. O quam magna eſt iſta miſericordia tua,
Pſal. 36. b. certe tam alta eſt, vt dicatur, Magnificata eſt
vſq; ad cœlos miſericordia tua. Nam ibi re-
muneras ſanctos ſuper merita ſua. Tam pro-
Pſal. 85. c. funda eſt, vt dixerit Propheta, Miſericordia tua

magna eſt ſuper me, & eruiſti animam meam ex inferno inferiori. Tam profunda etiã eſt, vt in inferno damnati non puniantur, vt mererentur. Tam lata conſpicitur, quòd in totum mundum ſe extendit. Ideo canitur. Miſericordia Domini plena eſt terra. Et tam longa eſt, quòd ab æterno incepit, & durat vſq; in æternum. Ideo legitur. Miſecordia Domini ab æterno, & vſq; in æternum ſuper timentes eum. Rogo ergo te piiſſime Pater per iſtã tam longam, tam latam, tam altam, & tam profundam miſericordiam tuã, vt dones nobis talem vitam agere, quò ſanctificetur Nomen tuum in nobis, ſed vt id facilius exequamur miſericordia tua pręueniat nos, miſericordia tua comitetur nos, & miſericordia tua ſubſequatur nos, expurges nos ab omnibus, quæ Maieſtati tuæ in nobis diſplicent. Fac nos caſtos, ſanctos, mundos, angelicos, ſpirituales, & cœleſtes moribus: quia ſic in nobis ſanctificabitur Nomen tuum. Agios.i. Sanctus dicitur, quaſi ſine terra, quo ad affectum, quia totus amor ſancti eſt ad Dominum Deum ſuum. Sanctus dicitur, quaſi ſanguine tinctus: ſic nos quæſo ab omnibus inordinatis affectibus expolies, vt te veraciter diligamus, & mundo tibi corde placeamus, vt ſic tranſeamus per bona temporalia, vt nõ amittamus æterna, & vt curramus in odorem vnguentorum tuorum: Trahe nos poſt te, ſic nos tingas in ſanguine tuo puriſſimo, quo ab omnibus inquinamentis noſtris abluamur, quia ſic poterit in nobis ſanctificari Nomẽ tuum, ſicut ſanctificatur in tuis electis, fidelibus, & veris Chri

Pſal. 32. a.
Pſal. 102.
Cant. 1.

ſti amatoribus ac imitatoribus : ſicut ſanctifica tur in iis, qui tua freti miſericordia & gratia Crucem propriam viriliter deferunt poſt Chri ſti veſtigia, in quo eſt ſalus, vita, & reſurrectio noſtra. Talem ergò gratiam nobis conferas dulciſſime Pater, vt Nomen tuum ita in corde noſtro ſit impreſſum, quod aliud in nobis nõ videatur, niſi tui æterni nominis gloria. Quod tunc in nobis veraciter ſanctificabitur, cum cor noſtrum perfectum erit in cruce, & crux in corde fixa, cum crucem quæret, cum crucem Chriſti intuebitur, vt amore langueat, cum, inquam, cor noſtrum erit ardens in itinere huius viæ, &
Luc.24. vitæ, erit feruens in ſeruitio tui nominis, & habebit in delitiis, vt te ſolum diligat. Tunc in nobis deniq; ſanctificabitur nomen tuum, cum
Phil.4. extra nos in te & ſupra nos prope te erimus cum ſciemus abũdare, & pęnuriam pati, ita nobis attendere, vt & aliis pariter conſulamus: vt, cum iugiter ad propoſitum nobis certamen
Heb. 12. aſpiciẽtes in autorẽ Fidei currere conabimur, ſic nos verbo & opere docuerũt ſancti omnes, qui per fidem vicerunt regna, operati ſunt iuſti
Heb. 11. tiam, adepti ſunt repromiſſiones, qui, inquam, extinxerunt impetum ignis, ludibria, & verbera experti ſunt: inſuper & vincula, & carceres, lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, & in occiſione gladii mortui ſunt. Sic & nos inſtruunt exẽplo ſuo omnes ſerui Dei, dum carnem domãt, ſpiritum roborant, demonibus imperant, virtu
Gre. tibus corruſcant, præſentia deſpiciũt, æternam patriam moribus, vocibuſq; prædicant, commo nendo diligunt, atq; ad illam per tormenta at

tingunt: occidi poſſunt, ſed flecti nequeunt, quia dicunt, melius eſt nobis mori, quàm vt gloriam noſtram quis euacuet. In paucis vexati in multis bene diſponentur. Imitemur ergo, ò Lectores Candidiſſimi, ſanctos Martyres terrena deſpiciendo, noſmet in omnibus iugiter mortificando: vt cum ipſis accipere mereamur æterna: imitari non pigeat, quod celebrare delectat. Sed plures vellent gaudere cum ſanctis, & tribulationes mundi nollent ſuſtinere cum illis. Hi non ſanctificant Nomen Domini, recuſant eſſe in corpore electorum, dum odium nolunt ſuſtinere cum capite, quod eſt Chriſtus Ieſus: & ſic quia negligunt beatorum Martyrum veſtigia ſequi ad eorum beatitudinem non poterunt peruenire. Pater noſter, qui es in Cœlis ſanctificetur nomen tuum: Adueniat regnum tuum. i. fac nos dignos tali cordis puritate, vt in nobis regnare valeas, & nil in nobis remaneat, quod oculos tuæ Maieſtatis offendat, conſcientiam confundat, ac mordeat. Adiuua nos bone Ieſu, ut cum veſte nuptiali ad cœleſtes nuptias igredi mereamur: vbi quanta ſint gaudia intellectus capere non ſufficit: vbi eſt vita ſine morte, gaudium ſine triſtitia, & iucunditas ſine fine. Sic pulſes hoſtiũ cordis, ut tibi aperiam, vt intres ad me, & cœnes mecum, & ego tecum. Fac o Benedicta Mater Dei, inuentrix gratiæ, genitrix vitæ, Mater Salutis, vt per te nos ſuſcipiat: regnet in nobis, qui per te datus eſt nobis: Fac vt verbũ, quod in te caro factum eſt, habitet in nobis tanquàm in regno ſuo: noſtram redde ſecurã conſcien-

1. Cor. 1.

Aug.

Matt. 22.

Apoc. 3.

Ber.

Io. 1.

tiam, caſtitate nitidam, charitate ſplendidam, & puritate candidam. Quàm Felix eſt illa ani
Aug. ma, quæ vitam ſuam, ità Deo auxiliante, ſtuduerit gubernare, vt Chriſtum hoſpitem, & habitatorem mereatur excipere. O Mater ſanctiſſima excuſet apud filium integritas tua cul
Ber. pam noſtræ corruptionis, & humilitas tua Deo grata noſtrę veniam impetret vanitatis: Domina noſtra, mediatrix noſtra, aduocata noſtra, tuo filio nos recomēda, Tuo filio nos repræſenta, & copioſa Charitas tua noſtrorum cooperiat multitudinem peccatorum ſic in nobis apud filium aduenict regnum tuum, ſic in nobis ipſe inhabitare, requieſcere, & in ambulare poterit. O felices ſancti omnes, qui nūc ſecuri eſtis de vobis, de nobis ſoliciti eſto
Aug. te, orate indeſinenter Deū pro nobis, vt ad nos homunculos adueniat regnum ſuum, quia eius filius ſic nos petere docuit: dicens, Cum Oratis dicite, Pater noſter, qui es in cœlis. i. in ſan
Pſal. 18. ctis; hinc cœli enarrant gloriam Dei. Sanctificetur nomen tuum, Adueniat regnum tuum. Regnum tuum ò cœleſtis Pater eſt anima tibi fidelis, concede nobis, præſta nobis, miſerere nobis, ut ſimus tibi fideles vſq; ad mortem, quo des nobis coronam vitæ fac nos perfectè vincere quicquid impedit in nobis, ne adueniat regnum tuum. Vt vincentibus des Manna abſconditum, & edere de ligno vitæ, quod eſt in
Apoc. 1. Paradiſo. O tu, qui es, Alpha, &, Omegha, principium, & finis omnium, Primus, & nouiſ
Boet. ſimus, qui ſtabilis manens, das cuncta, moueri, exaudi nos, cōcedens vt adueniat regnum tuū.

Regnum tuũ in via eſt coſcientia pura. Diſſolue iugũ captiuitatis noſtræ, euellas, & deſtruas: plantes, & ædifices: laua quod eſt ſordidum, riga quod eſt aridum, ſana quod eſt ſaucium, Flecte quod eſt rigidum, foue quod eſt frigidum, rege quod eſt deuium, &c. Sine tuo numine, nihil eſt in homine, nihil eſt innoxium, Da gratiam tuis fidelibus, da virtutis meritum, da ſalutis exitum, da perenne gaudium. Da ô Pater optime in te confidentibus ſacrum ſeptenariũ. Septem ſunt in homine renouanda in hac Dominica Oratione. Septem ſunt petitiones. Septem ſunt inter alias cuilibet Chriſtiano virtutes neceſſariæ. Septimo die perfectus fuit mũdus. Septem ſunt dona ſpiritus ſancti. Septem erunt dotes cuiuſlibet Beati, Tres ſcilicet quo ad animam, ſicut in eadem ſunt Tres potentiæ: & Quatuor ex parte corporis, ſicut illud conſtat ex quatuor elementis. Septem ſunt artes liberales. Septem Eccleſiæ ſacramenta. Septem ſunt Planetæ. Septem ſunt ordines ſacri. Septem ſunt opera Miſericordiæ, & pietatis. Septem ſunt vitia Capitalia. Apud Ioannem in Apocal. Septem habes Candelabra, Septem Stellas, ſeptem Angelos, ſeptem ſigilla, ſeptem Tubas, ſeptem plagas, ſeptem Eccleſias, vt agnoſcas, quod ab Apoſtolis vſq; ad cõſumationem ſeculi. Septem debebant eſſe ætates Eccleſię, ſicut ſeptem huius mundi deſcribuntur ætates. O ſanctiſſime Pater, adueniat regnum tuum, vt te veraciter agnoſcamus, tanquàm verum & ſummum bonum, (Nemo enim bonus, niſi Deus) agnoſcendo diligamus, diligendo poſ-

Hiere. 1.

Septenanu.

Apoc.

Mar. 10.

ſideamus,& poſſidendo perfruamur, ſic erimus regnum tuum hic,et in patria. Regnum tuũ eſt ſcriptura ſacra. Hanc omnibus aperias,vt omnes te adorent, laudent,ac benedicant. Hæc

Sacra ſcri. ſcriptura ſacra, eſt tanquàm ſpeculum Catholicis,vt internam conſcientiæ faciem videant. Mors eſt malis.i.hæreticis. Vita bonis. eſt vigor ſpiritualis,iucunditas animæ, & mentis illuſtratio. Vtile eſt ſtudere in libris ſcientiæ,ſed vtilius in libro conſcientiæ. Vtile eſt in ſacra ſcriptura literaliter ſenſum recte percipere, vtile, & eſt deguſtare mysticum. Qui enim eum guſtat,clamat cum Petro. Bonum eſt nos hic eſſe,vendit omnia,quæ habet, & emit agrum illum, in quo eſt verus Chriſtiani Theſaurus abſconditus. Vera intelligentia ſcripturarum, tantum eſt in Eccleſia,ideò hæretici ab ea præciſi eam non habent: & per conſequens eorum reiiciendæ ſunt gloſæ,& interpretationes. Scriptura ſacra Turris eſt myſtica,omnibus non eſt aperta,& intellectu facilis,quia non intelligitur niſi eo ſpiritu,quo cõdita eſt, quem quia non habent hæretici (non enim datur ſuperbis,quales ſunt ipſi) eam non bene intelligunt. Ideò

Io. 16. cum ſuis libris comburantur, Si volumus obſequium præſtare Deo. O Pater dulciſſime.

Eccleſia. Regnum tuum eſt Eccleſia, in qua regnas, vt

Gre. pater, & ſponſus illius. Sæpe enim (teſte Gregorio) in ſacro eloquio regnũ cœlorum præſentis Temporis Eccleſia dicitur. Ideò rogamus Maieſtatem tuam,vt illam ita regat,Quod portæ Inferi.i.dæmonum ſuggeſtiones,Carnalium opiniones, Tepidorum ſubſannationes,

& hæreticorum aduerſus eam non præualeant impugnationes. Vindemiant eam omnes, qui Pſal. 79. prætergrediuntur viam, Ideò exurge Domine adiuua nos, & redime nos propter nomen tuũ. Pſal. 43. Iudica Domine nocentes nos, expugna impugnantes nos. Apprehende arma, & ſcutum, & Pſal. 34. exurge in adiutorium noſtrũ. O bone Ieſu, Num vides, quod ſponſa tua oppreſſa eſt amaritudine? Quod plorans, plorauit in nocte, & lachrymæ eius in maxillis eius? quod habitat inter gentes, nec inuenit requiem: & quod qui glorificare debent, ſpreuerunt eam? Adiuua ergo ipſam, quia vndique ita ab hereticis vulnerata eſt: quod non eſt ei amplius ſpecies, neq; decor, A plãta pedis vſque ad verticẽ apud ipſos nõ eſt in ea ſanitas. Regnũ tuũ ò Pater noſter qui es in cœlis eſt gratia tua, ad eam ergò nos diſpone, vt illius ſimus capaces, ſicut tu eius es copioſus largitor, & ſic veniemus ad Regnum tuum cœleſtis patriæ. Sed heu, quot tuam conculcant gratiam, dum illi non correſpondent: ſed ſicut nihil boni meritorii poteſt per ſe liberum arbitrium efficere, ſine gratia gratum faciente, adiuuante, ſic nil agit gratia ſine libero Aug. arbitrio hominis rationis capacis cooperante. Initium ſalutis noſtrę Deo miſerante habemus, ſed pulſanti Domino aſſentire noſtrum eſt. Vt adueniat ergo regnum tuum Domine tua nos gratia ſemper & pręueniat, & ſequatur, ac bonis operibus iugiter præſtet eſſe intentos. Dirigat corda noſtra Domine tuæ miſerationis operatio, quia tibi ſine te placere non poſſumus, & præſta, vt quod fideliter petimus efficaciter

conſequamur,vt ſic tranſeamus per bona tem poralia ꝙ non amittamus æterna.

Pater noſter,qui es in cœlis.

SIcut tuus Filius,qui cœlũ eſt reſpectu noſtri, qui terra ſumus, tibi ſemper fidelis extitit, ſic & nos fideles, obedientes tibi, & ſubiecti ſimus. Magna prorſus fuit Chriſti obedientia,
Ber. qui,ne perderet obedientiam, perdidit vitam, & non minus delectabatur,& reficiebatur obedientia, quàm gulæ deditus cibis optime com-
Ioan.4. poſitis. Hinc dixit, Cibus meus eſt, vt faciam voluntatem patris mei.Heu quot reperiuntur qui & ſi obedientiam profeſſi fuerint, neſciunt,
Baſil. tamen,quid ſit obedientia. Hi non obediunt, niſi cum ſibi videtur vel neceſitate ducti. niſi cum ad obediendum blanditiis alliciuntur,vi præceptorum, aut minis inducuntur?

Hi poſtponunt ſæpe obedientiam ſpiritualibus ſuis conſolatiunculis, vellent ea ſibi ſolum
Obediẽtia imponi à ſuperiore, quæ ipſos delectant, & ſi in aliquibus obediunt,in multis ſuam exequuntur voluntatem. Hi adeo ſe difficiles reddunt, quod ſuperiores eis aliquid imponere non audent,ſed facile contendunt, contradicunt, indignantur, obmurmurant conqueruntur, & ſi impoſitionem,aliquam acceptant, eam tamen negligenter perficiunt.Fiat ergo voluntas tua. ſicut in cœlo,& in Terra,quo obediamus ſupe-
Luc. 10. rioribus noſtris, vt tibi, & ſi homines ſint,Qui
Matt.25. enim eos audit, te audit, & qui eos ſpernit, te ſpernit: quia quod vni ex minimis tuis fit,tibi fieri reputas.Et ſi Petrus vult nos humiliter ſub

iectos eſſe Laicis Dominis, & Principibus Terræ, tanquam à Deo miſſis ad vindictam malefactorum, Laudem verò bonorum, quia ſic eſt voluntas Dei: quanto magis credendum eſt, eum nos velle ſubeſſe ſpiritualibus Prelatis, qui vicem Chriſti gerunt ſuper uos? Fiat ergò voluntas tua, in qua omne bonum, quod dici, & deſiderari poteſt, continetur. Et non mea, quæ ſemper mala eſt, dum ſequitur cócupiſcentias, dum abit poſt veſtigia Gregum ſuorum: dum ſatisfacit carnalibus deſideriis, quæ militant aduerſus animam: terrenis uoluptatibus inhiat, ventri deſeruit: & mundanis rebus nititur. Bona autem eſt cum, Deo adiuuante, ſequitur iuſtitiam. Ideò diuinum implorantes auxilium, dicimus, Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo, & in Terra. ſ. à dextris, & à ſiniſtris, in proſperitatis, & aduerſitatis tempore, in vita, ac morte, interius, & exterius, mente, ac corpore, in omni mea cogitatione, locutione, & operatione, ſeruiens tibi, ſeruiens proximo, & deſeruiens mihi, tuam concede vt exequar voluntatem: in cuius perfecta obſeruatione vera Chriſtiani conſiſtit perfectio. Ad hoc tendunt Euangelia, Sanctorum Epiſtolæ, Homeliæ, Sermones, & opuſcula, vt. ſ. eorũ omnium Lectione inducamur ad conformandum nos in omnibus diuinæ voluntati. Fiat voluntas tua, ita ab Hominibus, ſicut ab Angelis: ita in peccatoribus, ſicút in iuſtis: ita in alienis à fide, ſicut in fidelibus: & itá in corpore, ſicut in ſpiritu. Sed dices, Diuinam quomodo me inducis vt perficiam voluntatem, ſi mea libera non eſt voluntas, & per

1. Pet. 3.

Cant. 1.

1. Pet. 3.

Libe.arbi. conſequens,ſi nobis non nos liberi eſſe arbitrii pluribus in locis ſacra indicant volumina?Imò nullũ in illis (vt ita dixerim) folium eſt, quod illud in nobis eſſe non teſtetur: dum quolibet folium aliquot continet præceptum,cõſilium, aut documentnm,quę ſuperflua eſſent,ſi nobis nullatenus ineſſetlibertas arbitrii ad ea perficiendum.

Ecc.15. Deus appoſuit nobis aquam,& ignem, & reliquit nos in manu conſilii noſtri; adiecit mandata,noſtrum eſt ea velle ſeruare.

Pſal. 69. 56.& 107. Deus in adiutorium,aiebat Dauid,meum intẽde,in quibus verbis oſtẽdit ſe libere operari, ſed Dei auxilio indigere vt operetur ſecundũ cor ſuum. Ait Dominus Diſcipulis. Vultis & vos abire? Paralytico, vis ſanus fieri? cœco, quid vis tibi faciã?Et ad omnes,Qui vult venire poſt me &c.

Pro.1. Matt.23. Prouerb. pri. Vocaui, & renuiſtis. Et in Euãgelio Hieruſalem,Hieruſalẽ,quotiens volui cõgregare filios tuos &c. & noluiſti? nonne patet ex his Nos habere liberũ arbitrium? Cur dixit

Ioan.8. Dominus Adulteræ, vade & noli amplius peccare.i. ne volũtatem quidem peccandi habeas, cur dedit nobis tot conſilia, & præcepta? Ad quid tot leges,ſtatuta,orationes, & ſacra volumina; Quæ omnia exigunt in homine libertatem operandi, Si non habemus liberum arbitrium?

Chrys. Ait Chrys.Cur ſeruos caſtigas,vxorem, ſi peccat increpas,liberos verberas, amicos incuſás, & offendentibus inimicis infenſus es? Hi enim omnes, ſi ſponte non delinquunt,miſeratione potius,quàm punitione digni ſunt, ſi liberum non haberemus, arbitrium, nec boni, nec mali merces iure penſaretur ei, qui aut bo

nus, aut malus neceſitate fuiſſet inuentus, non voluntate. Vide lib. 2. contra Marcionem hæreticum, Tertulianum, Leoné papam. ſerm. 16. de Paſſione Domini ait. Nec Iudas, nec cæteri, qui Chriſto mortem intulerunt, id vlla neceſſitate fecerunt, ſed ſua ſponte, & arbitrii libertate. Athan. in quadam Epiſtola. In hominibus, inquit, non natura, ſed eorum voluntas facit illos dignos ſupplicio, hos premiis & corona. Ioan. Damaſc. L. 2. de Orthodoxa fide cap. 27. Homo rationalis cum ſit ducit magis naturam, quàm ducatur. Quapropter cum aliquid appetit, habet poteſtatem refrenandi appetitum, & ſequendi eum. Hieron. contra Iouinianum liberi arbitrii nos cõdidit Deus, ita vt ad vitia vel virtutes nullus neceſſitate trahatur. Idem ad damaſum papam. Nos dicimus hominem & peccare & non peccare poſſe, vt ſemper nos eſſe liberi confiteamur arbitrii. Grego. Debilis eſt hoſtis, qui non vincit, niſi volentem. Ambr. Nemo tenetur ad culpam, niſi propria voluntate deflexerit. Voluntarium ſibi militem eligit Deus, voluntarium ſibi ſeruum auctionatur Diabolus. Vide lib. 1. De Iacob, & vita Beata. cap. 3. ſi hæc non ſufficiunt tibi Lector, vide Ireneum lib. 4. contra hæreſes cap. 71. & 72. Cypr. lib. 1: Epiſtolarum Epiſtola. 3. ad Cornelium. Greg. Nycenum in ſuo Tractu de libero Arbitrio & Cyrillũ lib. 3. contra Iulianum Apoſtatam. Vide Iſichium lib. 3. ſuper Leuiticũ, Lactantium Firmianum lib. 2. cap. 9. Ambr. lib. 1. de vocatione Gẽtium cap. 3. Auguſt. cõtra Fortunatũ, & Criſconium

Tertul. Leo Papa Athana. Io. Dama. Hiero. Greg. Ambro. Ireneus. Cypria. Cyrillus. Lact. fir. Aug.

Grammaticum, & vbi peculiariter pertractat
Caſsia. de libero hominis arbitrio. Ioan. Caſſia. coll. 3.cap.12. coll.7.cap. 8. Proſperum de libero Arbitrio. Theophilatum ſuper Lucam, vbi
Angel. agitur de filio prodigo. Anſelmum ſuper.2. Paul.ad Tymoth.cap.2.ſuper illud; Nouit Do
Bern. minus,qui ſunt eius. Bern. lib. de Gratia, &
Orig. libero Arbitrio. Origen. ſuper Epiſtolam Pau
23.44. li ad Rom. vide.23. 4. 4. C. Nabuchodonoſor &.C. obtineri. Si hæc etiam non ſufficiunt,vide opus meum,cui Titulus eſt Fornax hæreticorum cap.de libro Arbitrio,& inuenies quod tibi ſufficiet. Felix tunc eſt noſtrum liberum arbitrium, cum homo nõ habet velle,aut nolle,ex virtute animi,ſed in omnibus à diuina dependet voluntate, quam ſequitur, vt vmbra corpus, ita quod ſemper poteſt dicere cum
Pſal. 107. Propheta.Paratum cor meum Deus, paratum cor meum; & Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo, & in terra: vt ſit in opere,quod eſt in intentatione, vt tua mea fiat voluntas,& mea penitus
Mar.14. in nichilum redigatur. Fiat ſemper bone Deus non quod ego volo,ſed quod tu vis. Voluntas tua obſecro meo ſit impreſſa in corde, ſit in intellectu, ſit in mente, & ſit in affectu: ſit in verbis,ſit in cogitatu,& ſit in opere, ſit deniq; tota in anima, & tota in corpore. Si vis me infirmum,aut ſanum,mortuum,aut viuum,pauperem,aut diuitem, dulcibus cõpunctionis lachrymis irrigatum, aut aridum, ecce me paratum, Fiat voluntas tua. Tu es Dominus meus, & Deus meus, & ergo ſeruus tuus. Fiat ergo voluntas tua ſicut in cœlo,& in terra. O fe-

licem

licem illum,qui diuinam induit voluntatem,&
propriam exuit, quia illi obediet totaliter de
ſe nil ſibi reſeruans: obediet velociter ſe totum Ber.
intra ſe colligens, vt voluntatem peragat om-
nipotentis & obediet perſeueranter.i.vſq; ad
mortem, exemplo Chriſti, qui tam fidelis fuit
obedientiæ.Dicamus ergo cum feruore collo-
cantes noſmet,ac omnia,quæ habemus in ma-
nus Domini. Fiat voluntas tua ſicut in cœlo,
& in terra,quo ad temporalia, & quo ad ſpiri-
tualia. Conſolatio,gloria,& ſatisfactio noſtra
eſt tuæ diuinę voluntatis in nobis perfecta exe-
cutio, perfectio, & obſeruatio, concede om-
nibus tale veritatis lumen,vt quilibet dicat ex
corde. Pater noſter qui es in cœlis, Panem no
ſtrum quottidianum da nobis hodie. Alimen-
to indiget Corpus, indiget & anima. Cibus
corporis eſt viſibilis,& materialis: cibus Animę
ſeu mentis eſt inuiſibilis, & ſpiritualis: eſt & ci-
bus cœleſtis Beatorum in patria, quo paſcun-
tur, dum fruuntur eo, qui ab eis ſine fine vi-
debitur, ſine faſtidio amabitur, & ſine fatiga-
tione laudabitur. Pane materiali opus eſt no-
bis quottidie, aliter corpus deficeret. Et ſpiri-
tuali inquā pane,cordiali.ſ.amore Crucis,opus
eſt ait Dñs. Qui vult venire poſt me abneget, Luc.9.
ſemetipſum, & tollat Crucē ſuā quottidie &c.
O quantū nutrit animā,quātum roborat ſpiri-
tum,quantumue cor lætificat iſte ſpiritualis pa
nis,qui eſt caſtus amor Crucis, ardens patiendi
deſiderium,& ſitis ſuper nos diuinę Iuſtitię.Bea Matt.5.
ti enim ſunt qui ſitiunt iuſtitiam exemplo Chri Ioan.15.
ſti, qui in Cruce poſitus clamabat,ſitio.ſ. iuſti-

Ioã.15. tiam,quia mortalium ſalutem ſitio. Spiritua
lis panis eſt mentalis, humilis, fidelis, & iugis
oratio, ſine qua nemo poteſt proficere in via
Dei: hanc impediunt nimius amor ſui, cordis
anxietas, terrena diſtractio, inanis gloria, & ni-
mia de ſe preſumptio, qua homo nimium ſibi
credit. Magnum impedimentum mentalis ora
Bened. tionis eſt proprium ſenſum ſequi, ſpirituali du
ce carere, ſui totaliter non ſtudere mortifica-
tioni, vocalibus orationibus ſeipſum onerare,
quas homo ſæpe profert ſuperficialiter abſq;
guſtu & deuotione, a curioſitate interiori, vel
exteriori duci, ſenſualibus delectationibus ihia
re, ſeipſum in omnibus ſuſpectum non habere,
proprio ſtatu contentari, diuina nó meditari,
& ſeipſnm vera vitæ nouitate petitionibus non
aptare. Nam ſi petis patientiam, vel humilita
tem, debes quoad fieri poteſt huiuſmodi virtu-
tes exercere: aliter in oratione tentatur Deus.
Cibus ſpiritualis eſt verbum Dei, ſed illud vt fru
ctuoſum ſit debet homo percipere non minus
aure cordis, quàm corporis. Sunt qui audiunt
Greg. aure corporis, & cordis, ſed nullo mentis deſide
rio, quod audiunt complectuntur. Hi ad tem
Luc.8. pus credunt & in tempore tentationis rece-
dunt, quia quod aure intelligunt, opere exer-
cere contemnunt. Verbum Dei habet virtu-
tem calefactiuam. Pſal. Ignitum eloquium tu
um vehementer: Illuminatiuam, Pſal. Lucer
na pedibus meis verbum tuum: Nutritiuam,
Matt.4. Ideò legitur, Non in ſolo pane viuit homo,
ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei.
Iac.1. Matt.4. & Generatiuam. Iacob. pri. Volunta-

rie enim genuit nos verbo veritatis. Stultiſſi- mos ergo ſe eſſe conuincunt, qui verbum Dei audire recuſant. Cibus ſpiritualis eſt frequens lectio ſpiritualium rerũ, ſed nota quòd lectio certa prodeſt, varia delectat, & quod non omnium librorum etiam ſacrorum omnibus vtilis eſt lectio. Non vageris ergo p multa opuſcula ſed ea tantũ præ manibus habeas, quę te ad ſpiritualem profectum, ad tui veram mortificationem, ad humilitatis aliarumq; virtutum acquiſitioné promouere poſſunt. Cibus ſpiritualis eſt ſanctiſsimum altaris ſacramentũ, quo veri amatores Chriſti ſæpe reficiuntur. In hoc cibo dat nobis ſeipſum Dominus per manus Sacerdotis, Ideò canit Eccleſia. O ſacrũ conuiuium, in quo Chriſtus ſumitur, recolitur memoria paſſionis eius, mens impletur gratia, & futuræ gloriæ nobis pignus datur. Quis ergo non libenter, non cordialiter, & feruenter diceret, Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. O quàm fatui ſunt cõplures tepidi, qui ſeipſos priuant toties hoc cœleſti conuiuio. Hic prętereo carnales, quibus ſola Paſcatis communio videtur ſufficere, & nonnullos ſpirituales falſé nomine qui ſæpe ad altare Domini accedũt & ſuis ſemper ſolitis laborãt imperfectionibus, quia accedunt amore ſui ducti potius, quàm amore Dei. Omitto illos etiam, qui ſacram non frequentant menſam, de qua Dauid, Poſui ſti, inquit, in conſpectu meo menſam, aduerſus eos, qui tribulant me, ne ab aliis irrideantur. Hos.n.mundus vocat ex diabolica ſuggeſtione ſanctulos, hypocritas, beatos, aut columbinos,

Seneca.

Euchariſtia.

Pſal. 22.

Pauliſtas, Regulares, aut Theatinos. Alii com munionem ſumere contemnunt ſeducti ab hæ reticis, qui eis ſuper altare corpus Chriſti, ac ſanguinem realiter non adeſſe ſuggerunt. Hi tantę veritatis impugnatores breuiter audiāt, ſi ſic eſſet, ò Lector pie, prout ipſi aſſerunt, non dixiſſet ipſa infallibilis veritas, Hoc eſt Cor-
Luc.22. pus meum, quod pro vobis tradetur. Hic ca-
lix ſanguinis mei, qui pro vobis effundetur. Neq;.n. in re tanti momenti figurate locutus
Ioan.b. fuiſſet. Dixit & apud Ioan. Caro mea verè eſt cibus. Non ſine myſterio ponitur hic, verè. Si ſic eſſet, ò Hæretice, decepta iam per tot an nos fuiſſet Eccleſia, quę ducitur à ſpiritu ſan-cto, qui aberrare non poteſt. Si hic non adeſ-ſet, niſi panis & vini ſubſtantia poſt cōſecratio nem factam à ſacerdote ritè ordinato, ad quid
1.Cor.2. dixiſſet Paul. qui manducat, & bibit indignè, iu dicium ſibi manducat, & bibit. i. peccat mortali ter, ac ſic homo ſemper peccaret mortaliter, quoties pane ac vino reficitur? Contra te ha bes multa, ò hæretice, apud Gratianum de con
De con. ſecra. diſt. 2. præſertim. C. ego Berengarius cō.
diſt.2. capitulis. Quia corpus, quia paſſus, Forte. Re uera: Nos autem, &. C. Panis eſt. Contra te ha
Ambro. bes Paul. i. Coryn. cap. 11. Ambr. lib. 4. de ſa-
Cypria. cr. cap. 4. Cyp. de Cœna Domini, & ſuper Ora
Aug. tionem Dominicam. Augu. de ſententiis pro
Chrys. ſperi. Chrys. Hom. 45. ſuper Ioan. Caſſiod. ſu-
Gre. per Pſal. 109. Grego. in moralibus. Hyl. lib. 8.
Hilarius. de Trinitate. Orig. Homel. 7. ſuper Nū. Leon.
Orig. Papā in Epiſtola ad Conſtantinopolitanos.
Leo Papa Contra te habes tot inuiſibiles fructus, qui ex

ſacra communione percipiũtur, qui perciperẽtur ab omnibus panem comedẽtibus, ſi tantum in altari panis adeſſet. Quid non operabitur ſacra communio in eam ſumẽtibus in primitiua Eccleſia, & operatur nunc in ferueẽtibus Chriſti ſeruis? Si non adeſſet, niſi panis in altari idem ſentirent omnes materialem panem comedentes. contra te eſt Concilium Epheſynum, Concilium conſtantienſe, in quo damnatus fuit Ioannes Vigleph, eiuſdem opinionis, & concilium Lateranenſe ſub Innocentio Tertio. Omitto multa quæ ſunt in opere noſtro, cui Titulus eſt fornax hæreticorum. Huius panis excellentia fide potius q̃ humano percipitur intellectu. Quod ergo non capis, quod non vides, animoſa firmet fides. Dicamus etiam Fratres. Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Magna in hoc eſt Dei Clementia, vt dimittat tam libenter dimittentibus Proximo ſuo. Quia Ad remiſſionem peccatorum actualium requiritur de neceſſitate vt ſimul concurrant gratia, & lib. arbi. licet illa præueniat, quæ nos & comitatur ac ſubſequitur vult deus ꝙ ſi gratiam ſuam conſequi cupimus, qua nobis peccata relaxantur, quòd per bonum vſum lib. arbit. faciamus quod in nobis eſt deſiſtendo à peccatis & eis, qui nos offenderunt dimittentes ne deum tentare videamur. Hæc petitio ſemper neceſſaria eſt nobis licet confeſſos & contritos nos eſſe cenſeamus, quia neſcit homo (excepta particulari reuelatione) odio an amore dignus ſit: & quia quottidie in multis offendimus om

Conci. Ephe. Conci. Conſt. Con. Lathe.

nes ſaltem venialiter. Hæc petitio facienda eſt non ſolum pro noſtris ſed etiam pro peccatis proximorum, vt charitas exigit. Qui auſert aliquid alicui eius debitor conſtituitur, et quia peccando honorem, quem deo exhibere tenemur auferrimus, ideo peccata noſtra tot debita eſſe dicuntur. Sicut & ea quæ contra

Gre. nos comittuntur. Et qui vult a deo veniam ſuorum licite poſſe ſperare, ſuis excorde offenſas dimittat debitoribus. Multa ſunt que contra deum per commiſſionem vel omiſſionem perpetramus reſpectu eorum, que cōtra nos ipſos ab aliis committuntur. Proximum ergo à ſuis libere debitis abſoluat qui a dei clementia propria ſibi vult relaxari. Tunc vero proximo ſecundum cor dei dimittimus, cum non ſolum eidem malū non inferre ſed vbi, quādo & quantū opus fuerit beneficia conferre decreuimus, ſed cum inquam hilari vultu ſerenaq; mente intuemur, ſuauiter alloquimur & deum pro eo vt ſaluetur non minus q̄ pro nobis oratum habemus: ex quo dominus nos inimicos diligere, eis benefacere & pro ipſis orare voluit. Et ne nos inducas in tentationem. i. licet intentator ſis malorum non permittas queſo me à tentationibus deuinci carnis, mundi vel diaboli. Nos tam debiles ac imbecilles nō derelinquas, qui. n. à te deſtituitur ſtatim ī peccatorū foueā

Cypria. collabitur, noſti figmentum noſtrum. Adiuua vt vincamus. Apprehende arma & ſcutum

Pſal. 34. & exurge in adiutorium nobis. Dilata greſ-

Pſal. 17. ſus noſtros ſubtus nos, vt non infirmentur veſtigia noſtra. Fac, vt quilibet noſtrum tuo fre

tus auxilio perſequatur inimicos noſtros,com
prehendat illos & non conuertatur donec deſ-
ficiant. Precingas nos virtute ad bellum (ex
quo militia eſt vita hominis ſuper terrā,)& ſup
plantes inſurgentes in nos ſubtus nobis. Tu
es.n.illuminatio noſtra,.ſalus noſtra,miſericor
dia noſtra,refugium noſtrum,ſuſceptor noſter
& liberator noſter. O bone deus totus mūdus
in maligno poſitus eſt,& laqueis plenus eſt; in
tenebris ambulamus, multi domeſtici homi-
nis inimici eius,& diabolus tamq̃ leo rugiēs ſem
per circuit querens quem deuoret. Fac vt ei re 1.Pet.5.
ſiſtamus fortes in fide,vt in lumine tuo videa-
mus lumen, vt breuiter in verbo tuo laxemus Luc.7.
rethe,viriliter agamus & confortetur cor no- Pſal.26.
ſtrum. Dediſti nobis velle des et perficere. Si
vis nos ob virtutis exercitium die noctuq; im-
pugnari, dic ſaltim cuilibet noſtrū: Sufficit ti-
bi gratia mea. Perfice in nobis opus,quod cœ-
piſti. Sicut miſericordia tua preuenit nos ita
ſubſequatur nos omnibus diebus vitæ noſtræ:
vt habitemus in domo tua in ſęculum ſęculi,
ſoles.n.propter ineffabilem tuam clementiam
poſt certamen coronare, vincētibus dare man
na abſconditum,poſt laborem perſeuerātibus
dare præmium ac poſt curſum pallium & nos
ſolemus poſt tenebras ſperare lucem. Sub vm-
bra alarum, ergo tuarum &c. protege nos,ne
diaboli ſuggeſtionibus conſentiamus Domine
non ſecundū peccata noſtra facias nobis neq;
ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis.
Sed miſericorditer doceas manus noſtras ad Pſal. 143.
prelium & digitos noſtros ad bellum, ne de-

uicti à tentationibus ſpiritualiter moriamur:
ſed vt potius nobiſmet mortui à vitiiſq; omni-
1.Cor.5. bus expurgati ſimus noua conſperſio, per gra-
tiam à te perfecte illuminemur Cœci.n. (multi
ex nobis dicere poſſunt) ſumus & duces cœco
rum & illuminati pro tui nominis gloria diui-
no tuo inflammemur amore. Sed libera nos
à malo.f.ab intollerabilibus anguſtiis & tribu-
2. Tim. 3. lationibus(omnes.n. qui pie volunt viuere in
Chriſto perſecu.patiūtur,) in quibus plures de
ficiunt, ſuppone ergo domine manum tuam
& libera nos a malo,quia quilibet noſtrū cum
propheta ad te clamat. De neceſſitatibus meis
Pſal. 24. erue me. Adiuua nos domine deus noſter &
propter gloriā nominis tui libera nos & pro-
pitius eſto peccatis noſtris ne tentemur & affli-
gamur ſupra id quod poſſumus ſuſtinere. Spi
ritualibus donis nos robores,&in ſanguine filii
tui viuifica nos. Illumina domine lucernam
Pſal.17. noſtram,illumina domine tenebras noſtras vt
noſtrum quilibet dicat confidenter. Quoniam
in te eripiar à tentatione & in deo meo trāſgre
diar murum. Libera nos à malo.i.ita à preſſu
ris,quas Chriſtianos pati oportet, vt conſcien-
tia noſtra in aliquo non vulneretur. Sine.n.
tuo numine nihil eſt in homine,nihil eſt inno-
xium,laua quod eſt ſordidum in ſanguine agni
(in quo à malo liberari ſperamus,) riga quod
eſt aridū, flecte quod eſt rigidū & rege quod eſt
deuium tu qui martirybus victoriam tribuiſti,
qui occidis & viuere facis, & ad quem omnes
Pent.32. confugiunt dicentes. Adiutorium noſtrum in
Pſal. 123. nomine domini qui fecit cœlum & terram. Li

bera nos à malo.i.tribulationibns non vt non veniãt (quia vndiq; ſunt anguſtię & nihil ęſt ab omni parte beatũ) ſed vt nõ vincamur , victiq; ad peccatum aliquod pertrahamur . Penam vt nobis iure debitam (cum vis nos pati mente aut corpore) ſuſtinere volumus ſed non culpam : quam penitus deteſtamur . Libera nos à malo.i.à poteſtate dia. vt in nobis nõ habeat quicquam . Vt ſuper aſpidem & baſiliſcum ambulemus & conculcemus Leonẽ & draconem. Psal.90. Pati Domine non recuſamus, cum nos impugnat diabolus;ſed ita ab eius impetu libera, ꝙ ei non ſuccumbamus,ne habito nr̃e voluntatis cõſenſu in ſpiritu vehemẽti cõterat naues Tarſis.i.ne noſtrum totum interiorem hominem Psal.47. depopuletur diripiat & in captiuitatem dirigat . Amen.i.vtinam id nobis fiat & concedatur ſicut verum eſt ꝙ es Pater noſter, qui es in cœlis,per Chriſtum dominum noſtrum: per quem ſancti tui omnes quicquid boni habebãt obtinuerunt. Amen ergo.i. tribue quecunq; filius tuus in hac oratione petere docuit, ne vacui recedamus. Amen.

Pater noſter.

MAgna quippe Dei & creatoris dignatio eſt vt à nobis puluiſculis,infirmis & debilibus tot peccatis onuſtis, tot miſeriis detentis, tot oppreſſis paſſionibus,tot immunditiis plenis , & tot tentationibus ſubditis tam familiariter cõueniri velit .Rogamus homines deum cum patrẽ nuncupãtes quo nullus alius maius

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

eſt pater, altior eſt dominus & dignior prin-
Pſal.94. ceps. Quod pater ſit patet. Si quidem ipſe fecit nos & non ipſi nos. Quod dominus. nam in ditione eius ab æterno & vſq; in ęternum cuncta ſunt poſita, ꝙ altiſſimus princeps. Eſt.n.rex regum immortalis & dominus dominantium. Regnũ ſuum eſt regnũ oĩum ſeculorũ, & quid queris obtinere ab hoc tã clementiſſimo patre, qui eſt in cœlis materialibus & ſpiritualibus? Certe ſanctificationem noſtri interioris hominis, vt in ea ipſe ſanctorum ſanctitas colatur & adoretur. ſ. ſui regni in nobis aduentum per realem virtutum acquiſitionem. i. cum ſua diuina voluntate noſtræ totalem conformitatem, vt ipſam non minus homo in terris q̃ angelus in cœlis exequatur. Quotidianam corporis ac ſpiritus noſtri refectionem. Ipſe.n. dat eſcam omnibus in tempore opportuno, quia fidelis eſt pater. Ipſe aperit manum ſuam & im-
Pſal. 164. plet omne animal benedictione. Peccatorum remiſſionem poſtq̃ his qui nos offenderunt ipſi dimiſimus. Lumen veritatis, vim diuini amo-
Gre. ris & virtutem fidelitatis contra hoſtiles tentationes, ne illis conſentiamus. Ex quo ita debilis eſt hoſtis, ꝙ non vincit niſi volentem. Et liberationem à malo. ſ. infernalis pœnæ & culpæ mortalis. Hoc malũ etiã eſt amor proprius & diabolus, ex quibus oĩa prodeũt mala. Amẽ. i. fiat quod cupimus, petimus & per optamus.

Pater noſter.

QVia non eſt Deus acceptator perſonarum, quia bonitatem ſuam omnibus co

municat, quia omne quod venit ad eum non eiicit foras, quia quantum in ſe eſt volunta-
te antecedenti vult omnes ſaluos fieri & ad Ioan.6.
agnitionem ſui nominis venire, Dulciſſimus eius filius pater noſter nos dicere docuit. Habẽtes ergo deum in patrem, vt veri eius filii ambulemus, in voluntate eius proficiamus, & eum toto corde diligamus, vt eius promiſſiones accipiamus. Et quia iſte pater in cœlis eſt, ideo ſurſum corda habenda ſunt, quæ ſurſum ſunt Col.3.
querite, quæ ſurſum ſunt ſapite (non que ſuper terram) vbi Chriſtus eſt in dextera dei ſedens. Sanctificetur nomen tuum. Quod fit cum Chriſtum veraciter diligimus, & fideliter imitamur. Cum voluntatem eius facimus, & in viis eius ambulamus. Adueniat regnum tuum non ad iuditium ſed ad redemptionem (non.n.iuſti Pſal.142.
ficabitur in conſpectu tuo omnis viuens) regnes in nobis, vt noſter fidelis pater virtutibus ornans noſtrũ in teriorem hominem. Nõ poſſumus nanq; regere noſipſos niſi prius recti fuerimus à te patre ſanctiſſimo, quia iugiter caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, quæ cum ſubdita fuerit ſpiritui, aduenıet regnum tuum in nobis. Fiat voluntas tua in nobis, quæ nil aliud eſt quam ſanctificatio noſtra, quam obediẽtia, charitas, humilitas, manſuetudo, pudicitia & ſimplicitas: quæ virtutes ex voluntate tua rectiſſima prodeunt. Voluntas tua pater ſanctiſſime fiat in cœlo mẽtis noſtræ & in terra carnis noſtræ. Panem noſtrum quottidianum da nobis hodie.ſ.materialem, quo corpus reficitur & ſpiritualem quo mens nutritur. Panis no-

ſter etiam ille eſt,qui de cœlo deſcendit, qui à
Ioan.b. multis hodie manducatur & integer manet.
Hũc quottidie querimus, ne deficiamus in via.
Ioan.1. Hic panis eſt verbum dei, quod caro factum
eſt,vt habitaret in nobis. Panis eſt oratio, da
nobis ergo talem formam orationis, ꝙ perue-
niamus ad perfectionem. Panis eſt verbum
Matt.4. Dei. Non.n.in ſolo pane viuit homo ſed de
omni verbo,quod procedit de ore dei. Dimit-
te nobis debita noſtra.i.peccata. Nam pecca
uimus tibi: iniuſte egimus: iniquitatẽ fecimus.
Prou.20. Et quia nemo poteſt gloriari ſe caſtum habe-
re cor (nam & ſtellæ non ſunt mundæ in con-
ſpectu domini & ſine peccato, non eſt infans
vnius diei natus ſuper terram) ideo omnes
poſſunt dicere. Dimitte nobis debita noſtra.
Debita noſtra multa ſunt ex omiſſione. Debe-
mus.n.te deum toto corde amare, proximum,
vt nos metipſos diligere,imaginem dei ac ſimi
litudinem ſeruare illeſam & quis huiuſmodi de
bita perſoluit? Dicamus ergo humiliter. Di-
mitte nobis o cœleſtis pater debita noſtra ſi-
cut nos offendentibus dimittimus tui nos ter-
reſtres filii. Ne nos inducas in tentationem.i.
non permittas nos corrumpi ab hæreticis, vin
ci à Diabolo,& contra proximum ab ira ſupe-
rari. Concede nobis tale veritatis lumen, ꝙ
diabolus ſe transferens in angelum lucis nos
non decipiat. Et quia cum ab ipſo nos libera
ueris per Chriſtum dominum noſtrum veri li-
beri erimus: ideo libera nos à malo Amen.i.
preſta vt, per filium tuum à te impetremus &
conſequamur: quod ipſe nos orare docuit.

5



Beatus Laurentius bonum opus operatus eſt, ideo triumphat coronatus in cœlis.

INCIPIT SECVNDA PARS HVIVS OPERIS.

Ariculus primus

PATER noſter qui es in cœ
lis. Quantum neceſſaria ſit
ſuperna illuſtratio cordibus
noſtris illapſa, haud facile di-
xerim,ideo pro ea vt obtinea
tur iugiter orãdum eſt, aliter
ſacrarum literarum ſtudium
non ſapit,Multi legent & non intelligent & ſe
orare putantes Tẽpus conterẽt, ſed hoc lumẽ,
ſolũ mente purgatis, infunditur. Quilibet er-
go propriç mortificationi prius ſtudeat & inni
tatur, quia cum illa animam poſſidet,ipſa tota
diuinitus irradiatur,facile ſcrutatur ſcripturas,
cœlum perorans efficacia pulſat, ſtupet indo-
nis ſibi conceſſis ab altiſſimo, cõtra demonum
impetum viriliter dimicat,fulget virtutibus,bo
nus,odor vitæ omnibus efficitur,& ſecure ſic
orare poteſt,Pater noſter qui es in cœlis.Deus
namq; pater noſter eſt per ſingularem creatio
nem,in qua imaginem & ſimilitudinẽ ſuam no-
Gen.1. bis impreſſit, Pater eſt per ſpiritualem cuiusli
bet gubernationem, cura enim illi eſt de omni
bus, Pater eſt per ſupernaturalem adoptionẽ,
nam per mortem filii ſui credentes adoptauit
in filios, ad cœleſtem patriam inuitat,& illius
cõheredes inſtituit, ſed forte dices vocatis no-

bis ad æternam felicitatem,a, Tam Clementiſ-
ſimo patre qua eundum eſt? per regalem vtiq;
crucis viam,per ſacra Chriſti Veſtigia, per no-
ſtrarum paſſionum extirpationem,& per diui-
nę eiuſdem volūtatis obſeruationem,& iſte ſan
ctiſſimus pater noſter Talis eſt,vt merito,a,no
bis ſummo Charitatis affectu diligēdus ſit,Hinc Luc. 10.
dominus ait.Diligas dominum deum tuum ex Ioan.4.
toto corde tuo. Caſto amore diligendus eſt & Apoc.1.
honorandus hic noſter Talis & Tantus pater,
non verbo & lingua ſed opere & veritate, quia Ioā.15.
prius dilexit nos,& lauit nos in ſanguine ſuo,& 13.
quia eundem patrem omnes habemus, nos in-
uicem vt fratres diligere debemus: quia domi
nus ait,hoc eſt preceptum meum vt diligatis
vos inuicem,ſicut dilexi vos. In hoc cognoſcēt
homines quia mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem
habueritis ad inuicem,mādatum nouum do vo
bis vt diligatis inuicem ſicut dilexi vos, ſed dili
gendi ſunt fratres noſtri vere: ꝙ tunc fiet cum
eis vt nobiſmet æternam fœlicitatē, ac magis
gratiam & gloriam quam diuitias, & magis ſpi
ritualia quam temporalia optabimus, diligen-
di ſunt potius corde quam ore, factis quam Matt. 14.
verbis, & intimo affectu quam ſuperficialiter, Perſeuerā
Diligendi ſunt ita perfecte quod etiam inimi- tia.
cos diligamus orantes, pro perſequentibus &
calumniantibus nos, Diligendi ſunt non per
menſem aut annum ſed vſq; ad mortem. Talis Iſidonis.
namq; perſeuerantia in cuiuslibet virtutis exer
citio neceſſaria eſt,dicente domino. Qui per- Gre.
ſeuerauerit vſq; infinem ſaluus erit. Perſeue-
rantia enim eſt veræ virtutis inditium,militum

Chriſti Corona, certantium bonum certamen
De peni. Triumphus,meritorum cauſa & conſumãtium
di.iii.c. curſum in Chriſto brauium . Incaſſum bonum
Euid.c. agitur,ſi ante vitæ terminũ deſeratur & fruſtra velociter currit qui ante metam deficit. de penit.di.3.c.in caſſum. Perſeuerãtia in bono donum dei eſt, qui non eſt acceptator perſonarũ, ſed in omni gente, qui timet deum acceptus eſt illi. Multi bene incipiunt dicit gre. Sed male
Greg. vitam finiunt. Non ergo bene incœpiſſe laudabile eſt ſed bene vixiſſe. Hinc ait ambro.Lau
Ambro. da nauigantis fœlicitatem, ſed cum peruenerit ad portum. Lauda ducis virtutẽ, ſed cum peruenerit ad triumphum. Lauda poſt vitam, magnifica poſt conſumationem. Hæc virtus exer
7.4.1. cenda eſt in patientia.7.4.1.ſugeſtum. Hanc non habent multi, qui in clauſtris ſuæ non re
Cæſarius. ſpondent vocationi. De qua cæſarius in admonitione. 28. Sic ait,venire ad religionẽ ſumma perfectio eſt,non perfecte in ea viuere ſumma damnatio eſt.Quid prodeſt ſi in loco quies teneatur,& inquietudo in corde ſeruetur? Si in habitatione ſilẽtium ſit,& in habitatoribus clamor vitiorum, tumultus,& colluctatio paſſionum? Si exteriora noſtra ſeueritas teneat,& interiora tempeſtas obruat. Hanc non habent
Aug. qui nulla cœleſtis ſpe ducuntur prẽmii de quo ſic ait,Aug.deſideria & vota oĩa tranſgreditur, quod deus præparauit diligentibus ſe,Acquiri poteſt,eſtimari non poteſt. Alibi idem ait tanta eſt supernæ felicitatis iocunditas, vt etiam ſi non liceret in ea manere niſi vnius diei hora,omnia mala ſuſtinenda eſſent. Hiero.nul-

lus

lus labor durus,nullum tempus longum videri debet,quo æternæ claritatis ſplendor acquiritur. Hanc non habent,qui non cogitant incertum ſuę mortis aduentum,de quo ſcriptum eſt. Latet vnus dies,vt omnes obſeruētur dies. Et Gre. Incertum voluit eſſe dominus noſtræ diē mortis,vt dum ſemper igñioratur, ſemper proximus eſſe credatur, & homo tanto fidelior ſit in operatione quanto incertior eſt de vocatione. Hanc perſeuerantiam non habent qui nō cogitant diem iuditii,de quo Hieronimus. Hiero. Quotiens diem iuditii conſidero,toto corpore contremiſco, ſemper videtur illa terribilis tuba inſonare in auribus meis: ſurgite mortui venite ad iudicium. Anſel. Latere enim erit impoſſibile, apparere intollerabile. Superius erit iudex iratus. Inferius horrendum cahos inferni: a dextris peccata accuſantia. A ſiniſtris demonia pertrahētia impios ad ſuppliciū, & ſi iuſtus vix ſaluabitur, impius & peccatores vbi apparebunt? Hanc non poſſident, qui inferni ſæpe penas non habent præ oculis,de quibus dominus deut. 32. ait, congregabo ſuper eos mala,& ſagittas meas complebo in eis.Gre. Deut. in home.erit ibi mors ſine morte,defectus ſine defectu,quia ibi mors ſemper incipit, deficere neſcit. Ibi animæ,ſecundum Hugo. lib. 1. de anima,traditæ ſunt in poteſtatem demonum, ſine fine carēt dei viſione,& inextinguibili igne cruciantur. De hac æternitate (in inferno.n. nulla eſt redemptio) ſcribit Gre.in mora. nequaquam vltra miſericordia parcentis liberat, Gre. quos ſemel in locis pœnalibus iuſtitia iudican-

tis damnat. Hanc perſeuerantiam non habet in bono, qui non cogitant animæ proprie dignitatem. Ipſa.n.creata eſt ad imaginem dei ac ſimilitudinem, omnem corpoream creaturam nobilitate ſuperat, angelum habet ad ſui cuſtodiam delegatum, eſt redempta præcio
1.Cor.6. magno.i. puriſſimo Chriſti ſanguine, qui eam ſibi elegit in ſponſam, ſeipſo cibat & reficit, in cœleſti patria ab angelis expectatur, & tam capax eſt quod nil eam præter deum implere po
Bern. teſt. Hinc ait Bern. O, anima inſignita dei imagine, redempta Chriſti ſanguine, deſpóſata fide, dotata ſpiritu, deputata cũ angelis, capax beatitudinis, hęres bonitatis, & particeps rationis quid tibi cum carne? Non igitur mirandũ eſt, ſi ex defectu perſeuerãtiæ, incipere eſt multorum, & bene finire paucorum. Laudabilis ſemper fuit apud ſanctos perſeuerantia, quæ præſertim habenda eſt in bono propoſito. 16. 4.1.vos autẽ, & in ſollicite ſe in poſterũ, a peccatis cuſtodiendo, de peni.di. 2. Quærendum. Perſeuerantia habenda eſt in ſpirituali certamine, in quo deus milites ſuos ſpectat, hortatur vt pugnent, adiuuat vt vincant, vincentes coronat, & deficientes ſubleuat. Hanc viriliter amplectitur qui multiplices eius vtilitates, & diuerſa inſtabilitatis damna conſiderat. Hac coronantur merita, hinc ait dominus apud Ioha. in apo.c.2. Eſto fidelis deo vſq; ad mortẽ, &
Apoc. 22. dabo tibi coronam vitæ. Ideo perſeuerantiæ adeo inſidiatur diabolus, quia eam nouit inter
Pſal.141. virtutes coronari. De hac demonum malignitate ſcripſit propheta dicẽs. In via hac, qua am

bulaui,abſconderunt laqueum mihi. Perſeuerantia nobis impetrat quod volumus,difficilia reddit leuia, nutrix eſt ad meritum, mediatrix ad præmiū,ſoror patiētiæ,cōſtantiæ filia, charitatis vinculū,& ſanctitatis propugnaculū.Tolle hanc,nec obſequiū mercedē,nec bñficiū gratia, nec laudē habet fortitudo. Quidam adeo ſunt inſtabiles,quod modo volūt modo nolunt grauia onera ſubire, difficiles prouincias aggredi, omnibus ſubeſſe & quecumq; aduerſa perferre: modo adeo euaneſcunt, vt pœnitus collapſi videantur. Perſeuerantiæ vires eneruant peccādi conſuetudo, inſtabilitas mentis, impatientiæ vitium, accidiæ torpor, cenodoxie ſtimulus,gaſtrimargiæ ingluuies,vis ſuperbię,immūditiæ lutum,triſtitiæ oppreſſio,& tepiditatis remiſſio. Perſeuerantiam adiuuant caſtus amor dei,timor ſanctus,feruens oratio,ſtabilitas loci, iugis dominicæ paſſionis ac propriæ mortis conſideratio,patiendi deſiderium pro Chriſti nomine,& continua ſui mortificatio. Perſeuerantię,in via fructus,ſunt ſtabilitas mentis,prōptitudo ſpiritus, puritas cordis animi illuſtratio,carnis ſubiectio,interioris hominis trāquillitas, frequēns abſq; illuſione in deum raptus, & ſerenitas conſcientię.In patria fructus perſeuerantiæ Sunt clara dei viſio, ſecura fruitio, indeficiens charitas, angelorum ſine fine ſocietas, & ſupernæ felicitatis æterna poſeſſio Qui hanc virtutē obtinet idem ſemper eſt in vtraq; fortuna,vt ſeductor & verax, per infamiam & bonam famam: quia vt optimus ambidexter hinc & inde viriliter dimicat, luctatur, chriſtoq;

Aug.

Caſsia.

deſeruit,& ſpiritualis vitæ fructus decerpit. Qui
hanc virtutem conſecutus eſt, non recuſat labo
rem, dificultatem non nouit, impoſſibilitatem
Heb. 12. neſcit, de virtute in virtutem proficit, ſic cur-
rit aſpiciens in auctorem vitæ quod cōprehen-
dit, omnibus ſubeſt, vt omnium ſeruus, omni-
bus cedit, defert & ſe amabilem exibet, vt om
nes Chriſto lucrifaciat, habet ſolidum animum,
inflexibilem mentem, immobile cor, hilarem
vultum, iocundum ſpiritum, & ſtatum mētis
inuincibilem, profundum in ſui cognitione, al
tiſſimum in dei dilectione, pro ſalute animarū
indefeſſum, & in ſpirituali certamine inexpu-
gnabilem. Perſeuerantiam ergo exerceamus in
in diligēdo talem patrem, qualem habemus in
cœlis,& proximos noſtros, qui vt fratres ha-
bendi ſunt in terris. Magnum eſt candidiſſime
Lector quod eum patrem vocamus, qui ſolus
eſt creator & rector omnium, rex regum & do-
minus dominantium, qui ſolus habet immor-
talitatem, & lucem habitat in acceſſibilē. Hinc
1. Tim. 6. ait diſcipulus ille magis dilectus. Videte qua-
1. Ioh. 3. lem charitatem oſtendit nobis deus, vt filii dei
nominemur & ſimus. Hic noſter pater eſt ille
magnus deus: qui noſtram vincit ſcientiam,
cuius oculis omnia nuda & aperta ſunt, qui no
uit figmentum noſtrum, qui eſt in ſeipſo ex
ſeipſo ita ſummum bonum, quod nec augeri
nec minui poteſt, qui omnia fecit ex nichilo,
regit fouet & ſuſtinet, qui eſt totus in toto ter-
Matt. 5. rarum orbe & totus in qualibet parte, qui ſo-
lem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, qui
aperit manum ſuam & implet omne animal be

nedictione, qui eſt fidelis in omnibus verbis
ſuis & ſanctus in omnibus operibus ſuis, qui vo Pſal. 164.
luntatem facit timentium ſe, & cuſtodit diligen
tes ſe : qui ſic dilexit muudum vt filium ſuum
vnigenitum daret, qui dominatur poteſtati ma Ioan. 3.
ri (nam venti & mare obediunt ei) qui humilia Matt. 8.
uit ſicut vulneratum ſuperbum in brachio vir- Pſal. 88.
tutis ſuæ, diſperdẽs inimicos ſuos, qui depoſuit Luc. 1.
potentes de ſede & exaltauit humiles, & qui bre
uiter eſt laudabilis & glorioſus & ſuper exalta- Dan. 3.
tus in ſecula. Hic eſt ille pater cuius mirabile
eſt intueri bonitatem, ſapientiam contemplari,
pulchritudinem meditari, & ſuauitatẽ deguſta-
re. Quis auderet eum vocare patrem, cum ci-
nis & vmbra ſimus, niſi ad hoc ille nos inuitaſ-
ſet, qui dixit. Aſcendo ad patrem meum &
patrem veſtrum, deum meum & deum veſtrum? Ioan. 20.
Hic eſt primogenitus in multis fratribus : Hic
eſt natus ex muliere factus ſub lege, vt eos qui Rom. 8.
ſub lege erant redimeret, & adoptionem filio-
rum reciperemus. Hic exinaniuit ſemetipſum Gal. 4.
factus obediens patri noſtro : qui eſt in cœlis:
vſq; ad mortem, mortem autem crucis. Quis Philip. 2.
eſt, qui non amore langueat ſentiens ſe vocari
fratrem filii dei? quis non vulneratur charita-
te : dum deum alloquens, pater noſter, ſe di-
cere poſſe conſpicit? Quis non feruet in ora
tionibus, non effundit dulces lachrimas, non
exultat in corde & non ſe totum deo dedicat,
dum audit ſe factum fratrem angelorum, ne
dum hominum? Sed vbi ſit iſte pater noſter ha
bes pie lector in ſequenti noſtri tractatus arti-
culo.

Articulus ſecundus.

PAter noſter qui es in cœlis. Pater noſter eſt in cœlis & vbiq;, quia eſt in circumſcriptus & immenſæ maieſtatis, quia cœlum & terram implet, & quia eſt eſſe indeficiēs, & deus incomprehenſibilis. Ad hos cœlos, vbi dicitur eſſe pater noſter, non perueniet qui non fuerit verus chriſti imitator in terris. Sed quis perueniet inquies? Qui præbet domino cor ſuum, quod ille ſpiritualiter requirit, vt ī eo quieſcat: Delitię enim ſunt ipſi eſſe cum filiis hominum: Dandum eſt autem illi cor per dilectionem, fidem, & deuotionem, & cor debet mundari per caſta deſideria, per ſanctas lachrimas, per feruentes orationes, per ſui ipſius continuam diſcuſſionem, & humilem ac perfectam penitentiam, & per filialem timorem. Eius enim qui ſe non tenet in timore domini, domus cito ſubuertetur. Adiuuat cuſtodiā cordis memoria dei preſentiæ, quē ſemper prę oculis habere debemus. Hinc ait Boetius, magna nobis inſita eſt neceſſitas probitatis, cum ſcimus omnia nos agere ante oculos iudicis cuncta cernentis. Adiuuāt ſenſuum mortificatio, amor ſacrarum ſcripturarum & ocii fuga. Ocioſus enim eum impugnantes mille habet demones. Ad cœlos peruenient, vbi Chriſtus eſt in dextera dei ſedens, qui bonā habent conſcientiam, de qua legitur mens ſecura eſt quaſi iuge conuiuium. & Ber. conſcientia bona eſt ornamentnm Chriſtiani, gaudium angelorum, aula dei, habitaculum ſpiritus ſancti, ager benedictionis & ortus delitia

Cor.

Conſcientia.

rum. Præmat corpus,trahat mundus, terreat diabolus, illa ſemper erit ſecura. Ideo nil tutius,nil ditius,nil ve iocundius eſt bona coſciētia. Ideo cogitare de conſcientia ſenſus eſt cōſumatus, & vtilius eſt currere ad bonam conſcientiam, quam ad ſapientiam, niſi ſapientia illa ſit,quæ edificet conſcientiam. Qui habet bonam conſcientiam,ambulat confidēter,quia ambulat ſimpliciter, omnes dies velut vltimū ordinat: eſt ita firmus, quod nulla repentina perturbatione concutitur, non capitur illecebris, nec frangitur moleſtiis,eſt conſumatus in dei dilectione,& ſequitur agnum quocūq; ierit. Sed heu hodie multi querunt ſcientiam & pauci conſcientiam. Ad hos cœlos peruenient veri humiles.Beati enim pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum & ſola ad vitam via eſt humilitas. Deſcende ergo vt aſcendas,humilia te vt exalteris: Vera humilitas eſt illuſtratio mentis, ſignum prædeſtinationis, & neceſſaria ad ſalutem. Hinc ait dominus, niſi efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Et Chriſos. Si vis capere celſitudinem dei,cape prius humilitatem chriſti. Humilitas eſt fundamentum pœnitentiæ. de pen.di.2.ca.1.eſt commendabilis in prelatis.99.diſt.ecce.eſt etiam cum virginitate mirabilis.30.di. Hæc autem Humilitas eſt contritæ animæ ſenſus, eſt propriæ voluntatis abnegatio, eſt humanæ mentis inclinatio & virtus, qua homo veriſſima ſui cognitione ſibimetipſi vileſcit. Proprium humilitatis inditium eſt fuga altitudinis & dignitatum: eſt amor abie

Matt.5.

Humilitas

Matt.8.

Chrys.

Diſt.99. &.30.

ctionis & vilitatis,eſt oris cordiſq; ſilentium:eſt libèter ſimpliciter & velociter,omnibus bonis, obedire,eſt ſecretum diligere,eſt aliorum quie- ſcere conſilio, et in illatis iniuriis immobibilis patientia. Humilitati ergo ſtudeamus, nó que oſtēditur aut ſimulatur geſtu corporis ac ficta verborum voce, ſed quæ à puro cordis affectu naſcitur, & à reali ſui cognitione influxuq; di uini muneris procedit. Pater noſter qui es in cœlis. Per quos in excellentiſſimæ perfectio nis tuæ cognitionem deuenimus. Sublimitate tua excedis omnia,poteſtate conſeruas omnia, virtute tua in cunctis inuiſibiliter operaris, ſta- Boëtius. bilisq; manens das cuncta moueri. Tua mira bili prouidētia gubernas omnia, terrena ſimul & cœleſtia moderaris, illuminas omnem ho- minem venientem in hunc mundum,vt ignis conſumens purgas omnia, & vt lux ineffabilis perluſtras omnia. Tu es in cœlis.i.in ſanctis tuis tam viatoribus q̃ comprēſoribus qui enar Pſal. 18. rant gloriam tuam & opera manuum tuarum annunciant. Viatores electos tuos beatisſime pater inhabitas per gratiam & comprehenſo- res per gloriam. In cœlis es.i.in bonis æter- nis & ſpiritualibus, ea cuilibet diſtribuendo ſe cundum opera ſua: licet lutherani excludant pro viribus opera abutentes purisſimo Chriſti ſanguine ac ſi non eſſent adultis neceſſaria ad ſalutem,ac ſi in vanum cum ſanctis tuis nos ad ea adhortatus fuiſſes (cum tamen nihil fruſtra facias) ac ſi fides ſine operibus non eſſet mor Iac.5. tua, ac ſi in te fruſtra non applauderet cuius mandata non faceret,ac ſi bene operantibus

premium non promitteres & negligentibus ſupplicium, ac ſi non reprehenderes eos, qui ſtabāt tota die ocioſi imponens illis vt irent in vineā tuam & ac ſi ſuperflua eſſent tua tot præcepta & cōſilia, tot eccleſiæ ſacramēta. Sacri canones & conciones quę omnia nos inducunt ad operandum. Qui es in cœlis. O pie lector ſi pater noſter eſt in cęlis quid vagamur in terris? cur potius illuc mentis oculum non dirigimus vbi futuri ſumus heredes dei, coheredes autē Chriſti? non habemus.n.hic patriam permanētem, ſed futurā inquirimus. Tanti toto corde patris maieſtatem veneremur ad deū iugiter orando confugiamus, queramus faciem eius ſemper e contemnamus hunc mundum, quia amicitia eius dei nos inimicos conſtituit, & amorem caſtum in nobis extinguit. Hinc ait Iohan.1.& ca.ii. Si quis diligit mūdum non eſt charitas patris in eo. Ad hæc, omne quod eſt in mundo aut eſt concupiſcentia oculorum, aut concupiſcētia carnis aut ſuperbia vitæ. In oibus aduerſis pro Chriſti nomine verā, exerceamus patientiam, qua homo vt quodam ſpirituali Clipeo omnia tela inimici repellit. Hæc neceſſaria eſt vt voluntatem Dei facientes reportemus promiſſionem. Velit nolit homo, multa eum oportet pati (quia oportuit & Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam ſuam.) Si libenter patitur multum meretur, quia patien. auget meritum, excitat ſpiritū, mentem roborat, purgatorii pœnas minuit, animæ morbos ſanat, deum honorat in nobis, & angelos lętificat. Si labor terret, merces inuitat. Si durus videtur

Matt. 20.
Pſal. 104.
Iaco. 4.
Ioā. 11.
Hebr. 10.
Luc. 24.

hic ſermo, durius erit audire. Ite maledicti in ignem æternum, ſi dulcis videtur mundus dulcior eſt Chriſtus, ſi amara videtur crux, omnia pro nobis ſuſtinuit Chriſtus. Si deridet mundus, dum patientes eſſe volumus, dictum Pauli
Gal.1. mente ſcrutemur. ſ. Si hominibus placerē Chriſti ſeruus nō eſſem. Paſſio Chriſti ſæpe ad memoriam reuocatur. Oſtendit. n. nobis in cruce manus (ait Ber.) vt faciamus quę fecit, latus, vt dilecti, diligamus, & pedes, vt quo perrexit am-
Ber. bulemus. Aſcendit in altum crucis, vt ab omnibus uideretur, clamauit voce magna, vt ab omnibus audiretur (ſed heu ferè omnes nunc ſurda aure pertranſeunt) clamori lachrimas addidit, vt homo ei compateretur, ſed nō eſt qui conſoletur eum ex omnibus caris eius. Conſiderat ad dexteram & ſiniſtrā & pauci ſunt: qui cognoſcant eum. Faciamus ergo nobis ſecun-
Eſo.25. dum exemplar quod monſtratum eſt in monte. Dei beneficia iugiter recolamus, precepta ſeruemus, conſilia pro poſſe cuſtodiamus, amplectamur eum ex quo pater noſter eſt; nec dimittamus eū donec benedixerit nobis, & ineffabili eius erga nos amori humiliter correſpondeamus. Hunc patrem noſtrum qui in cœlis eſt diligamus, quia nos creauit, redemit per filium, iuſtificat per gratiam, & cœleſtis gloriæ
Eccleſi.1. nos inuitat ad premium. Timeamus eum, quia timenti deum bene erit in extremis, quia ſecundum prophetam timor domini initium eſt ſapientiæ, quia timor dei (ait Chryſo.) mentes
Pſal. 100. corrigit, fugat Crimina & ſeruat innocentiam.
Chryſo. Et quia timor dei facit; nos inquirere quę be-

neplacita ſunt ei , preparare corda noſtra, ſanctificare in conſpectu illius animas noſtras, cuſtodire mandata ſua,& patientiam habere vſq; ad inſpectionem illius . Hic talis ac tantus pater: qui in cœlis eſt nos multipliciter ad ſe vocat de cœlis puta per internam inſpirationem, de qua Dauid. Audiã quid loquatur in me dominus deus, & per voces prædicatorum: beati ergo qui audiunt verbum dei, quod mali non poſſunt audire quia ex deo non ſunt, ſed non ſufficit illud corporali aure percipere niſi operibus impleatur ideo ſequitur lucas . Et cuſtodiunt illud. Hinc Paulus. Non auditores legis ſed factores iuſti ſunt apud deum . Totus mundus inſaniens hodie plenus eſt verbis, ſed facta deficiunt. In primitiua Eccleſia dicebant & ſcribebant pauca, ſed operabantur multa, aggrediebãtur ardua,& ſuſtinebant plura . Nunc autem multi ſunt ſcriptores, dictores plures & factores pauci . Heu quot publice oſtentant literas, ſeipſos non Chriſtum & hunc Crucifixũ prędicãtes,& eorũ meritò vita deſpicitur, quot aliis cõſulunt quæ ipſe facere negligunt? Quot alligant onera grauia & importabilia, digitò autem nolunt ea mouere? Ideo multi ſacerdotes & prælati (ait Chryſo.) & pauci ſacerdotes & Prælati . Multi nomine & pauci re. ſed non debent pp hoc deſiſtere, quin verbum dei Layci audire ſtudeant. Ipſum.n.mundat interiorem hominem (Ioh.15. Iam vos mũdi eſtis propter ſermonem qué locutus ſum vobis:) Cibat animam. (Matt.4.non in ſolo pane viuit homo ſed in omni verbo, quod procedit de ore dei.

Ecc.11. Luc.11. Rom.11. Chryſo. Ioan.15. Matt.4.

Ioan.8. hominem diſcipulum dei eſſe indicat. Ioan.8. Qui ex deo eſt verba dei audit.) Illuminat (lucerna pedibus meis verbm tuum.) Inflamát. Ignitum eloquiũ tuũ vehementer. Pater noſter vocat etiã nos ad ſe per exempla ſanctorũ, per quottidiana beneficia, de quibus Dauid. Quid retribuam domino per omnibus que retribuit

Pſal. mihi? per flagella Hinc Gre. Mala quæ nos hic præmunt ad deum nos ire cõpellunt, per ſuper

Gre. nę fœlicitatis promiſſioné, per inferni comminationem & amariſſimam filii ſui paſſioné, qui dixit cum exaltatus fuero a terra, omnia (.i. ho

Ioan.12. minem, in quo reſplendent omnia) traham, vt cęleſtis. ſ. Calamita ad me ipſum. Hic pater noſter in cœlis eſt. i. in angelis, & beatis tam ineffabili modo ac ſi alibi non eſſet cũ preſertim reliquę viſibiles Creaturæ eorum intuitu ferè nihil ſint. Eſt etiam in ſanctis viatoribus ſuis per gratiã, quæ tam ineſtimabilis eſt precii & Eccel

Eccl.1. ſiæ, ꝙ in cõparatione illius reliqua bona, quę in mundo heri Pñt, vanitas vanitatũ ſunt & omnia vanitas. Sola. n. ſalus eſt ſeruire deo, ſunt cetera fraudes. Surſum ergo corda viri, terrena relinquite tecta, in quibus anxietas maxima, nulla quies. Quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſu

Col.3. per terrã, que ſurſum ſunt querite, vbi Chriſtus eſt in dextera dei ſedens. Mortui. n. ſumus in Chriſto & vita noſtra abſcondita eſt cũ Chriſto in deo. Abiiciamus ergo opera tenebrarũ, & in

Rom. 13. duamur arma lucis. Induamur dñm noſtrũ Ieſum Chriſtum, qui nos edocuit dicés. Cũ oratis

Matt.6. dicite. Pater nr̃ qui es in cęlis. Cœlũ. n. tibi ſe

Luc.11. des eſt. Terra aũt ſcabellũ pedũ tuorũ. Eſa.66.

In cœlis quãta hic piiſſimus pater preparauerit diligentibus ſe, nec oculus vidit, nec auris audi uit, nec in cor hominis aſcendit. Iſte pater dr̃ 1.Cor.2.
eſſe in cœlis cum tñ ſit vbiq;, vt mentes noſtras, terrenis mitigatis affectibus ad cęleſtia deſideria erigat. Vbi.n.eſt Theſaurus nr̃ ibi debet eſſe & cor nr̃um. Vbiq; aũt eſt iſte tã magnus pr̃ (qui Matt. 6.
mirabilis eſt in ſanctis ſuis, & ſctũs in oĩbus operibus ſuis.) Vbiq; inquã eſt per eſſentiã oĩa cõ Pſal. 67.&
ſeruans, ne in nihilũ redigantur. Vbiq; p preſen 164.
tiam, dũ oĩa videt, omnia pſpicit & aperta ſunt oculis eius. Non eſt qui ſe abſcõdat a cõſpectu eius. Hinc ait propheta. Quo à facie tua fugiã? Pſal. 138.
Vbiq; eſt per potẽtiam, dum portat oĩa verbo virtutis ſuæ, qua operatur omnia in oĩbus, con ſeruat & penetrat omnia. Qui vult ergo domi num inuenire, querat eũ in cœlis per talẽ vitæ nouitatẽ ꝙ dicere poſſit. Cõuerſatio noſtra in Phil. 3.
cœlis eſt. Querat dum prope eſt, dum inueniri põt. Querat in corde ſuo, querat in vulneribus Chr̃i. Qui es in cœlis.i.in ſanctis de quibus ipſe ait. Volo pater vt ipſi in nobis vnum ſint, ſicut tu & ego vnũ ſumus. Qui.n.fidẽ & opere adhe ret deo vnus ſpiritus fit cũ eo. Eſt & ĩ cęlis.i.iniu ſtis viatoribus tali gratiæ perfuſione, ꝙ renuũt conſolari temporaliter, ꝙ omnia terrena ab ipſis pro nihilo habẽtur, quòd cuncta arbitran tur vt ſtercora, vt Chriſtũ lucrifaciant, ꝙ nil ſci Heb. 12.
unt preter Chriſtum. Crucifixum, quòd iugi ter currunt ad propoſitum ſibi certamen aſpi cientes in auctorem fidei, quòd ſemper ſe adiuuant ne in vacuum gratiam Dei recipi ant, quod diu noctuq; glorificant & portant

Iuſtus. deũ incorpore ſuo, ꝙ ſpiritu facta carnis mor
tificauerunt, (hinc heredes quidem dei cohere
Rom.8. reaes autem Chriſti .) ꝙ ſpiritu viuunt & ſpiri
tu ambulant, ꝙ bonum facientes non deficiũt,
Gal.6. dum tẽpus habent, ſcientes ꝙ quæ ſeminauerit
homo hæc & metet, & quòd veniet nox,inqua
nemo poterit operari, ꝙ ſunt ita in charitate
Eph.3. radicati & fundati, vt poſſint comprehendere
que ſit latitudo longitudo, ſublimitas, & pro-
fundum, quòd digne ambulant vocatione,qua
Eph.4. vocati ſunt, ſolliciti ſeruare vnitatẽ ſpiritus in
vinculo pacis quod induerũt nouũ hominem,
qui ſecundum deum creatus eſt,in iuſtitia & ſan
ctitate veritatis : & armaturã dei vt poſſint ſta-
re aduerſus inſidias diaboli, ꝙ habent ſcutum
fidei, galeam ſalutis,& gladium ſpiritus, ꝙ ſem
Phil.4. per gaudent in domino,& modeſtia eorum no
ta eſt omnibus hominibus, quòd ſunt ſolicitu
dine non pigri,ſpiritu feruentes, domino ſerui
entes,ſpe gaudentes, in tribulatione patientes,
orationi inſtantes neceſſitatibus ſanctorũ com
Rom.22. municantes, & idipſum inuicem ſentientes, ꝙ
prouident bona non tantum coram deo ſed,
etiam coram omnibus hominibus, quòd ſuper
omnia charitatem habent, quæ eſt vinculum
perfectionis, & in nomine domini noſtri Ieſu
Collo.4. Chriſti omnia faciunt, quæcunq; faciunt in ver
bo aut in opere, quòd libenter ſufferunt inſi-
2.Cor.11. pientes cum ſint ipſi veri ſapiẽtes, ꝙ ſunt quaſi
triſtes ſemper autem gaudentes, ſicut egentes
multas autem locupletantes, tanq̃ nihil haben
tes et omnia poſſidentes, quòd ſunt lux in do-
2.Cor.6. mino & vt filii lucis ambulant,ꝙ ſentiunt in ſe-

ipſos quod & in Chriſto Ieſu, ꝙ iugiter pro- Eph. 5.
bant ſeipſos,& ſic de pane illo edũt & de calice Philip. 11.
bibunt, quòd pati non deſiſtunt, & negotiari 1.Cor.11.
in ſpirituali certamine, ſcientes ꝙ nõ ſunt cõ-
digne paſſiones huius tẽporis ad futuram glo Rom.8.
riam, quæ reuelabitur in nobis, & quòd non
coronabitur niſi qui legitime certauerit. Quòd
ſpectaculum patientiæ facti ſunt deo, mundo
angelis & hominibus, & ſtulti propter Chri- 1.Cor.4.
ſtum, ſcientes ꝙ ſicut ſotii paſſionum ſunt ſic 2.Cor.1.
erunt & conſolationum in Chriſto Ieſu domi
no noſtro,& ꝙ omnes qui pie volunt viuere in
Chriſto perſecutionẽ patiũtur. Quòd fidẽ exer
cent, que per dilectionem operatur ſcientes 2. Tim. 2.
ꝙ ſancti perfidem vicerunt regna, operati ſunt
iuſtitiam, adepti ſunt repromiſſiones, ꝙ vigi-
lant, in omnibus laborant, opus faciunt euan Heb. 11.
geliſtæ, predicant verbum. Inſtant opportune,
importune, arguunt, obſecrant, increpãt in om 2. Tim. 4.
ni patientia & doctrina, ꝙ exeunt ad Chriſtum
extra caſtra, improperium eius portãtes, ſcien
tes quod non habemus hic permanentẽ ciuita
tem ſed futuram inquirimus, Vbi eſt pater no
ſter. (Ideo dicimus qui es in cœlis) Et ꝙ pre
terit figura huius mundi & breuiter ꝙ glorian 1.Cor.7.
tur in domino, ſcientes ꝙ non ille qui ſeipſum
comendat ille probatus eſt ſed quem deus co
mendat. Habes nunc pie lector q̃ mirabiliter
iuſtos viatores paulus deſcripſerit in quibus
tamq̃ in tot cœlis eſt pater noſter. Enitamur
ergo vt tales ſimus (oĩa.n. poſſumus, in eo qui
nos confortat) quales decet filios eſſe tanti pa
tris, qui vtiq; pater eſt eis qui bene agunt,& his

peccant iudex & deus vltionum. Reſipiſcant
ergo impii peccatores, derelinquant vias ſuas
& reuertantur ad dominum, quia ita benignus
miſericors eſt, ꝙ non vult mortem peccatorum
nec delectatur in perditione morientium ſed
1.Thes.4. magis vt conuertantur & viuant,& quia eius vo
luntas eſt ſanctificatio noſtra.

Articulus tertius.

SAnctificetur nomen tuum.i.diffundatur in-
finita bonitas tua in cordibus noſtris vt te
veraciter agnoſcamus & fideliter diligamus,
quia ſic per eam ſanctificamur, & ſanctificatur
inde in nobis nomē tuum,dum illud toto cor
de colimus & veneramur, dum bene facientes
1.Pet.11. obmuteſcere facimus imprudētium hominum
ora,dum ſic tranſimus per bona temporalia ꝙ
non amittimus eterna,dum te adoramus ſpiri
Ioan.4. tu,opere & veritate & dum ſic lucebunt opera
noſtra coram hominibus ꝙ uidentes bona ope
ra noſtra glorificabunt te patrem noſtrum quī
Matt.5. in cęlis es. Valeant quia te aliud præter te pe
tunt,qui ſtudent Clarificare ſeipſos ſuperbiæ
ſpiritu ſuggerente,qui nolunt intelligere vt be
Rom.1. ne agant,qui more Philoſophorū te non ſicut
1.Cor.14. deum glorificant gratias agentes,& qui in om-
nibus operibus ſuis querunt quæ ſua ſunt nō
que Ieſu Chriſti. Sanctificatur nomen patris
noſtri in his, qui potuerunt tranſgredi & non
ſunt tranſgreſſi,facere malum & noluerunt,qui
deum in omnibus honorari appetunt, qui per
hæc viſibilia in inuiſibilium amorem rapiun-

tur,

tur,qui ſæpe de deo locuntur,de Deo cogitãt, & ſecundum eius voluntatem operari ſtudent, qui ei optant placere & timẽt diſplicere,qui viriliter agunt & certant bonũ certamẽ pro Chriſti nomine, qui corde credunt altiſſimam vnitatem, ac indiuiduam ſempiternamq; trinitatem & ore confitentur laudant, benedicunt & predicant,parati ſunt nõ ſolum alligari ſed et mori pro Chri gloria, qui nõ ſolũ benefacere conantur coram deo ſed etiam coram omnibus hominibus,qui dei ſanctorumq; venerantur imagines,diuinis intereſſe nituntur,prælatis Eccleſiæ ſub eſſe nõ recuſant,ſcripturis ſacris reuerentiã exhibent,quos delectat immaculatos ſe cuſtodire ab hoc ſeculo & qui in omnibus diuinæ, conformes voluntati ſecuntur agnum mente quocunq; ierit. Virgines enim ſunt, quia non ſunt coinquinati à propriis ſenſibus, ab inordinatis affectibus & concupiſcentiis. Sanctificetur nomen tuum.i.concede vt in toto terrarum orbe,(ex quo omnis mali cauſa eſt ignorantia) laudetur,cognoſcatur,ametur,extollatur,magnificetur,colatur,celebretur & ab omnibus predicetur, vt ſicut nomen tuum ita ſit & laus tua,quoniam tu ſolus ſanctus,tu ſolus dominus,tu ſolus altiſſimus, tu ſolus potens, bonus & ſapiens. Sanctificetur nomen tuum. Vt in eo omne genuflectatur cœleſtium, terreſtriũ & infernorum, vt illud omnis lingua confiteatur,vt perfecte diligatur, a bonis, & a malis timeatur,vt cognita eius nobilitate, dulcedine, eccellẽtia & dignitate noſtraq; miſeria & fœditate humiliemus animas noſtras in conſpectu

Veri Chriſtiani qui.

Actu.21.

Iac.1.

Apoc.14.

1.Cor.7.

Phil.11.

tuo, in quo ſtellę non ſunt mundæ. Si apud
Iob.25. gentiles quorundam mortalium tam celebre,
nomen habebatur, vt pro diis (O hominum in
ſaniam) colerentur, qua celebritate nomen tu-
um dulce, præclarum, immortale, & ſuauiſſimũ
proſequi debemus? Si ſerram laudamus & im-
mobilem malleum, cur non potius artificem?
Si honoratur puluis & cinis cur non potius in-
uiſibilis deus, ineffabilis & immortalis? Sancti
ficetur nomen tuum. i. effunde ſuper nos agni-
tionem & amorem tui nominis, vt te ſolum, ve
rum deum omnes pura mente ſectemur, & qui
ſine te eſſe non poſſumus ſecundum te viuere
valeamus. Sanctificètur nomen tuum. Vt
homo ſciens te eſſe patrem immēſę maieſtatis,
eam timeat, vt conſiderans tuam infinitam ſapi
entiam eam reuereatur (ex quo non eſt qui ſe
abſcondat a calore tuo) vt intelligens incom-
Matt. 12. prehenſibilem bonitatem tuam, eam toto cor-
de tota mente ſua & totis viribus diligat & vt
Ioan. 3. credens te ita dilexiſſe mundum, ꝙ nos lauiſti
Apoc. 1. in ſanguine filii tui, tollat crucē ſuam & ſequa-
Matt. 16. tur eum, dicens cum Ber. Ieſu dulcis cur tanta
Ber. pateris, cum peccati nihil commiſſeris flos in-
nocentiæ? pro re vili cur tantum præciũ, quid
lucraris per hoc ſupplicium diues in gloria? Sic
te fecit tuus amor ebrium, vt nec crucem pu-
tes opprobrium amoris gratia? Ego latro tu
cruce moreris. Ego reus, tu pœna plecteris meę
nequitiæ? Veh mihi miſero, ſi non reſpondero
tuis muneribus, ſi non vt potero, tibi ſacrauero
totis affectibus corpus & animam, ſi pertranſie-
ro, nec tibi vixero paucis temporibus. Qui

longe ſiſtitis ad crucem pergite, qui vobis viui tis iã Chr̃o viuite ne moriamini. Corpus, quod perditis, cruci affigite, ne, ſi non eritis membra cum capite, iuſte damnemini. Si portum quæritis, non intrabitis crucis ſine naui. Si cœlum petitis non intrabitis Crucis ſine claui. Pater noſter, qui es in cœlis. Sanctificetur nomen tuum in omnibus, ſicut ſanctificatur in his, qui te amant & deſiderant, qui abſtinẽtes ab omnibus currunt ad perfectionis brauium, qui tuam diuinam naturam cõtemplantes ſe ipſam nihilitatem eſſe cognoſcunt, qui renuunt conſolari in terris & delectantur in domino, qui ſecuntur Chriſtum ſcientes ꝙ & mare obediunt ei, qui afferunt fructum laborum ſuorum in patientia qui theſaurizant ſibi theſauros in cęlis, vbi neq; erugo, neq; tinea demolitur, neq; fures effodiũt, qui ſuperiori obediunt rationi, cum ait alicui noſtrum centurionis fungens officio. Vade & vadit, veni & venit, & fac hoc & facit, qui operantur cibum qui non perit, qui ſeminant in lachrimis vt in exultatione metant, & portent manipulos ſuos, qui faciunt ita opera ſua in abſcondito ꝙ neſcit ſiniſtra quid faciat dextera ſua (his quia nolunt tuba canere, pater noſter qui eſt in cœlis videns eos in abſcõdito reddet ſibi.) Qui eunt gaudentes cum digni habentur pro nomine Ieſu contumeliam pati, qui renunciauerunt omnibus: quæ poſſidebant ſcientes ꝙ nil prodeſt homini ſi vniuerſum mũdum lucretur animæ vero ſuę detrimẽtum patiatur & qui ita viuunt, ꝙ lucet lux ſua coram hominibus vt videant bona opera ſua & glorificent

Boni Chriſtiani ſigna.

1. Cor. 9.

Pſal. 76. & 36.

Matt. 8.

Luc. 8.

Matt. 6.

Matt. 8.

Pſal. 125.

Matt. 5.

Luc. 14.

Matt. 16.

Matt. 5.

patrem noſtrum,qui in cœlis eſt. Sanctificetur nomen tuum. Hanc dei nominis ſanctificationem.i.laudem & gloriam ſitiunt, qui demonia

Mar.vltimo.

eiiciunt.i.peccata p uerā penitentiam, qui linguis locuntur nouis ſeipſos accuſando, proximum edificando,& deum magnificando,qui ſerpentes tollunt.i.malas cogitationes de corde ſuo periugem illius custodiam & qui adeo fundati ſunt ſuper firmam petram, ꝙ malo aliorum non corrumpuntur exemplo, ꝙ & ſi mortiferum quid biberint non eis nocebit.i. & ſi aliquibus affecti fuerint iniuriis in iram tamen non prorumpunt & impatientiam. Qualis.n. apud ſe lateat quiſq; illata ſecundum Gre. contumelia probat. Sitiūt hāc ſanctificationem.i. gloriam diuini nominis qui ſunt tante ſanctitatis ꝙ ſuper egros manus imponunt & bene habent,dum eis indulgent quicquid deliquerunt, pietatis opera exhibent & omnibus bene beateq; viuendi exemplum conferunt,& qui perdonum fortitudinis aduerſa ſuſtinent, diabolum ſuperant, & Chriſtum imitari nō deſiſtunt, per donum timoris veterem hominem exuunt, diuina præcepta cuſtodiūt & in omnibus ſub potenti manu dei humiliantur, per donum pietatis diuinum cultum promouere,ſui met miſereri vt placeant deo & proximo benefacere ſtudent,per donum ſcientiæ cognoſcunt ſeipſos quid fuerint, quid ſint & quid erunt, deum vt creatorem ſuum dominum, patrem, iudicem ac redemptorem & proximum ſibi eſſe ſimilē, nam omnes ab eodem patre, nudi & mortales procedunt. Verum eſt ꝙ pares naſcimur (cum

Gre.

Spūs ſancti dona.
1.Pet.5.
Eccleſi. 30

vna origo ſit omnium) & impares morimur propter multorum Culpam. Perdonum conſilii ſciunt querere conſiliū à deo, ab hominibus diſcretis & timentibus dominum & à propria conſcientia. Perdonum intellectus Agnoſcunt deum in ſeipſis & in creaturis, potentiam illius, bonitatem & ſapientiam, reſecant illicita & ad Chriſtianæ perfectionis faſtigiū euolant. Perdonum deniq; ſapientiæ ſpiritualium ſuauitate detinētur, guſtant cœleſtia, & altiſſimo penitus ſeipſos conſecrant. Guſtato.n.ſpiritu deſipit omnis caro teſte Gre. Hinc ait Aug. Gaudium diuinæ dulcedinis cogito, ſi carnalis delectatio cor maculat. Delicata eſt diuina gratia quæ nō datur admittentibus alienam. Hanc diuini nominis ſanctificationem.i.gloriam ſitiunt qui ſe ipſos odientes ſuper omnia deum diligunt, qui veram cōfeſſionem, orationem & ſanctiſſimum altaris frequentant ſacramentum de quo Ambro. ſic ait. Qui vulnus habet medicinam querat, vulnus eſt ꝙ ſub peccato ſumus, medicina eſt venerabile altaris ſacramentum, & dominus apud Ioannem. Caro mea verè eſt cibus & ſanguis meus vere eſt potus. Ego ſum panis viuus qui de cœlo deſcendit. Et propheta, panem angelorum manducauit homo. Salo. Angelorum eſca nutriuiſti populum tuum. Hic cibus eſt: mors malis, vita bonis, eſt optimum noſtræ peregrinationis viaticum & fons omnium bonorum limpidiſſimus. Huius cibi ſuauitas mentem recreat, ſpiritum roborat & omne delectamentum in ſe continet. Hic cibus debet ſumi cum fide & humilitate & cum feruore &

Greg.
Aug.
Ambro.
Euchariſtia.
Ioan. 16.
Sap. 16.

cordis puritate. Quod ſeruatis, ſeruandis fre-
Aug. quentandus ſit, audi Aug. dicentem. Accipe
quottidie quod quottidie tibi prodeſt, & ſic vi-
ue, vt quottidie merearis accipere. Hanc di-
Animarũ conuerſio. uini nominis ſanctificationem cupiunt qui ſtu-
dent conuerſioni animarum, de qua gaudet to-
ta trinitas, gaudent ſancti & angeli letãtur. Gau-
Luc. 15. det cœleſtis ille pater noſter, quia frater qui
perierat reuixit & qui perditus erat inuentus
eſt. Gaudet æterni patris filius, quia in conuer-
ſis fructum ſuę paſſionis conſpicit: nam pro ip-
ſorum ſalute caput ſpinis oppoſuit, genas de-
dit vellentibus, faciem conſpuentibus, manus
& pedes clauis obiecit, & lancea latus ſuum ape-
riri voluit. Sed de multis ſic conqueritur. In
vacuum laboraui & fruſtra conſumpſi fortitu-
dinem meam. Gaudet ſpiritusſanctus quia
recuperat templũ, quod inhabitet, membrum
quod viuificet & vas ſpirituale quod impleat:
Aug. de quo vaſe ait Aug. ſuper Io. O homo vas
es, plenus es, effunde quod habes vt implea-
ris eo quod non habes. Effunde amorem tui,
vt implearis amore dei. Gaudent angeli, quia
ſuę cuſtodię fructus recuperant & intuentur.
Hiero. Magna dignitas animarum (ait Hiero.) vt ea-
rum quælibet habeat angelum in ſui cuſto-
Ber. diam delegatum. Hinc Ber. ſcribit. In quo
vis diuerſorio, in quo vis angulo reuerentiam
exhibe angelo tuo, nec audeas eo preſente fa-
cere quod me vidente non auderes. Gaudent
ſcti dum ſotios ſe habituros in ſuperna felicita-
te eſſe conſpiciunt. Econuerſo gaudent demo-
nes de peccatorum damnatione, quia ſolatium

eſt miſeris ſotios habere pœnarum. Conuer-tatur ergo quilibet ad dominum deũ noſtrum dignos fructus faciat penitentiæ & tanto maio ra quærat bonorum operum lucra teſte Gre. per penitẽtiam, quanto grauiora ſibi intulit damna per culpam. Humiliter confiteatur pec cata ſua, quia confeſſio ſanat, cõfeſſio iuſtificat, confeſſio cœli ianuam aperit, peccatis veniam donat, & nulla tam grauis eſt culpa: Quæ per veram confeſſioné non deleatur. omnis pecca-toris ſpes in confeſſione conſiſtit. Hanc dei nominis ſanctificationem appetunt qui in dñi-cæ paſſionis iugiter occupantur memoria exi ſtentes ſpe & conuerſatione cœleſtes. Ipſa ſi-quidem Chriſti morte patri noſtro, qui in cœ-lis eſt, reconciliamur ad ueniam, vincula diræ captiuitatis euadimus, nobis patet reditus ad vitam, ſpes ad gloriam & de exilio regreſſus ad patriam. Ipſa eſt ſalus & iuſtificatio nouę & anti quæ legis ſanctorũ omnium, prouectio, redem ptio & ſublimatio, recurſus à morte ad vitam, ab impietate ad iuſtitiam, & à miſeria ad ſu-pernam felicitatem. Voluit dominus compre hendi, vt nos redimeret, venalis eſſe, vt nos vera libertate donaret, ligari vt abſolueret, morte turpiſſima condemnari, vt ab eternæ damnatio nis maledicto eriperet, Crucifigi, vt qui in ligno vincebat in ligno quoq; vinceretur, omnibus ſubeſſe, vt nos inter angelos ſublimaret. & de-turpari, vt imaginé ſuam in nobis reformaret. Videte fratres qualem charitatem oſtendit no bis noſter iſte pater. Nam pro ſalute noſtra proprio filio non pepercit ſed pro nobis, om-

Luc. 3. Gre. Iſido. Paſſio Chriſti. Rom. 8. Apoc. 1.

nibus tradidit illum. Sic dilexit mundum ꝙ la
Leo Papa uit nos in ſanguine eius. Tanta fuit charitas
eius ꝙ tam precioſi precii participes etiã exti-
tiſſent Iudei & Iudas, ſi illi in malitia pertina-
ces non fuiſſent, & hic ad pœnitentiam confu
giſſet, quæ eum reuocaſſet ad Chriſtum, non
inſtigaſſet ad laqueum. Sed hic merito crepuit
medius, illis ſol lucem & terra, dum tremuit,
firmitatem ſuam denegauit. Agnus innocens
pro nobis eſt immolatus, qui patiebatur in in-
firmitate & potens erat in virtute, capax mortis
& victor illius, quia deus & homo vnus ẽ Chri
Athana. ſtus. Paſſus eſt in ligno, vt vnde mors oriebatur
inde vita reſurgeret, & vt pendens in ligno, vt
maledictus, nos de maledicto legis eriperet. Et
quicquid paſſus eſt non ex neceſſitate ſuſtinuit,
ſed ex voluntate ſuſcepit. Si quidem oblatus
Eſa. 53. eſt quia ipſe voluit. Sanctificetur nomen tu-
um. Hanc ſanctificationẽ ſitiunt in ſeipſis, qui
Gaudium mundi. fugiunt gaudium mundi, quod vtique à Chri-
ſtianis ſpernendum eſt, quia ore dei eſt male-
dictum, nã dixit dominus veh vobis diuitibus,
Luc. 6. qui habetis conſolationem veſtram. Hinc
Dauid ait. Renuit conſolari anima mea. Quia
Pſal. 76. eſt cum triſtitia mixtum & refertum multis ama
Gre. ritudinibus. Vnde ait Gre. Quanto quis hic
altior erigitur tanto curis grauioribus onera-
Boetius. tur. Et Boetius. O q̃ multis amaritudinibus
dulcedo humanæ felicitatis reſperſa eſt. Quia
breue & momentaneum eſt & ad inſtar puncti
Iob. 20. ſecundum Iob. Hinc ait Aug. Momentaneum
eſt quod delectat & æternum quod Cruciat.
Aug. Quia priuat hominem ęternis gaudiis. In qui

bus talis eſt iocunditas, vt ſi etiā nō liceret am-
plius in ea manere q̄ vnius diei hora, propter
hoc ſolum innumerabiles anni huius vitæ ple-
ni deliciis & ſpiritualium bonorum affluentia
merito contemnerentur. Quia in ęternum
veh mutabitur ſicut triſtitia electorum infinitū
vertetur in gaudium. Notate miſeri. Riſus il
licitus vertetur in luctum ſempiternum, ſatietas Ioā.16.
in eſuriem. Diuitiarum cumulus in pauperta
tem. Luc.6. Vtinā tales ſaperent & intelligerēt Luc.6.
ac nouiſſima prouiderent. Hanc diuini nomi
nis ſanctificationem ſe ſitire innuunt qui Chri- Deu.32.
ſtianę dignitatis candorem inuiolabilem ſer-
uare conantur. Nam homo creatus eſt ad ima Dignitas
ginem & ſimi. Dei. Super omnes creaturas pre- Chriſtiani
terq̄ angelos dominus conſtitutus eſt. Dixit.n. Gen.1.
dominus. Dominamini piſcibus maris, volatili- Ecc.17.
bus cœli & vniuerſis animantibus: quę mouen- Gen.1.
tur ſuper terram. Et Dauid. Omnia ſubiecisti Pſal.8.
ſub pedibus eius. Angelum habet ad ſui custo-
diam delegatum. Deus a nobis vult laudari
in terris ſicut ab angelis laudatur in cœlis.
Hinc ait Ber. Diſcamus nunc in terris, quas fa Ber.
cturi ſumus laudes in cœlis. Et propheta.
Laudate dominum omnes gentes & collaudate Pſal.116.
eum omnes populi. Vnde Aug. felix eſſet qui Aug.
poſſet diuinæ laudi ſemper inſiſtere. Adhęc
humanam dominus non angelorum aſſumpſit
naturam & proprio ſanguine redemit. Ideo ait Hebr.11.
apoſtolus. Empti eſtis præcio magno. Et Aug.
Poſtq̄ intellexi me tali precio redemptum. no- 1.Cor.6.
lui me venalem amplius exhibere. Non omit- Aug.
tam ꝙ Chriſtianus Santiſſimo Chriſti corpore

re reficitur (de quo habes. Caro mea verè eſt
Ioan.6. cibus & ſanguis meus vere eſt potus.) Et ꝙ ad
Matt.5. æternam felicitatem conſequẽdam Creatus eſt.
(Matt. 15. Vbi ait dominus. Poſſidete para
tum uobis regnum.) & ꝙ nil hominem preter
Pſal.16. Chriſtum vnq̃ ſatiare poterit. Ideo ait Dauid.
Satiabor cum apparuerit gloria tua. Sed domi
nicam orationem proſequamur ad edificatio-
nem proximi ad laudemq́ dei precipue omni-
potentis & gloriam.

Articulus quartus.

ADueniat regnum tuum. Multiplex eſt re-
gnum.ſ.hominum. Demonum & cœlorũ,
quæ ſcti vicerunt.ſ.primũ per patientiam. Se-
cundum per fidem, & tertium per violentiam,
ſui mortificationem & martirii paſſionem. Eſt
& in homine duplex regnum vnum .ſ. diaboli
cum in eo dominantur vitia. Et alterum dei,
cum in eodem florent virtutes. Hoc vltimum
regnum in nobis eſſe per optamus, Cum dici-
mus. Adueniat regnum tuum. Heu nos miſe
Virtutes ros, virtutibus poſſumus immortales euadere &
eas penitus negligimus, quia deus noſter ven-
ter eſt, & quia (cum virtus conſiſtat in medio)
de facili ad extrema deflectimus à tramiteq́ ve-
ritatis excidimus. Quòd conſiſtat in medio
virtus patet. Nam prudentia reperitur inter cu
rioſitatem & fatuitatem. Iuſtitia ſe continet
inter nimiam ſeueritatẽ & nimiam lenitatem.
Temperantia inter ingluuiem, & extenuationẽ
ſemper eſſe conſpicitur. Fortitudo moratur

inter crudelitatem & puſilanimitatem. Fides eſt intet nimiam leuitatem ad credendum & nimiam tarditatem. Spes inter preſumptionem & deſperationem hoſpitatur &c. In primo extremo homo excedit in ſecundo deficit. Hoc regnum virtutũ erit in homine, cum ipſe ſpiritualiter animæ ſuæ proprietates habuerit. Ipſa eſt vna & homo ſit totus vnus cum Deo per realem voluntatis conformitatem. Sic.n.qui adheret deo vnus ſpiritus fit cum eo. Anima eſt trina in potentia & homo viriliter agendo ſit trinus in vera dilectione.ſ. dei, proximi & ſui ipſius. Anima eſt ſimplex & homo ſit ſimplex per rectam mentis intentionem. Si.n.oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus lucidũ erit. Anima eſt immortalis & homo caueat ſibi à peccatis: quæ occidunt animam. Anima eſt inuiſibilis & homo pro poſſe occultet virtutes ſuas & bona opa ne ſuperbię ſcopulis illidatur. Nam & dominus ait. Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus. Anima eſt in toto corpore & in qualibet eius parte, & homo ſit vndiq; circunſpectus ne aliqua ex parte diaboli ſupplantetur inſidiis, nam ſemper circuit querens quẽ deuoret. Anima eſt impaſſibilis et homo nullis moueatur tribulationibus, terreatur anguſtiis & tentationibus opprimatur. Anima inclinatur ad gaudia. Et homo ſemper gaudeat non in ſeculi vanitatibus ſed in domino ſecundum Pauli conſilium.

1.Cor.6.
Anima.
Luc.11.
Ezech. 18.
Matt.6.
1.Pet.5.
Phil.

Sed quid eſt virtus, qua regnum dei in nobis obtinetur? eſt bona qualitas mentis: ex qua proueniunt hominis perfectio, operis directio

Criminis excluſio & infuſio diuini muneris. Virtutum quo ad earũ cauſas aliæ ſunt naturales, aliæ infuſæ & aliæ acquiſitæ ex bonis frequentatis actibus. Poſſumus & dicere ꝙ Virtutum aliæ ſunt intellectuales, aliæ morales & alię theologales. Virtutes acquiruntur vera humilitate, intentionis directione, vitiorum mortificatione & per debita media deambulatione. Virtutes ſunt indumenta animę, arma ſpiritus, intellectus illuſtratio, mentis refectio & cordis inflamatio. Virtus aliquando eſt maior in vno q̃ in alio, propter meliorem diſpoſitionẽ, propter maiorem aſſuefactionem, propter maiorem capacitatem ac diſcretionem & propter maiorem diuinæ gratiæ infuſionem. Et hæc eſt principalior ratio. Infunditur autem maior gratia ex beneplacito dei ſecundum purgatiorem intentionem, & maiorem charitatem.

Gre. Quelibet virtus teſte Gre. quaſi quibuſdam gradibus augetur dum in ea, proficimus. Et ſic per incrementa virtutum ad ſummum meritorum anima & perfectionis perducitur. Hinc ait propheta.

Pſal. 83. Ibunt de virtute in virtutem, donec videatur deus deorum in Syon. Beati nanq; mũdo corde.

Matt. 5. Quoniam ipſi deum videbunt. Quanto quis magis in virtutibus proficit tanto

3. Reg. 19. magis ſeipſum, excitat dicens. Surge, comede. ſ. ad menſam crucis, quia grandis tibi reſtat via.

Ber. Hinc ait Ber. Aſcende quantũ potes plus quia ſemper debes. In via virtutum demonum non deficiunt inſidię ſed inconcuſſo corde, immobili mente & virili animo progrediendum eſt, quia eorum exercitus de facili expugnabi-

tur ita ꝙ fugam arripiet. Via virtutis difficilem aditum primum ſpectãtibus offert, ſed requiem prebet feſſis in vertice ſummo. Ex virtutibus in patria ſola charitas remanet, quia nunq̃ exci dit. Tantæ excellentiæ ſunt ꝙ nobilitas ſola eſt atq; vnica virtus, ꝙ earum præmium eſt ipſe deus, & ꝙ ſolæ diſcernũt inter filios dei et filios diaboli. Egreſſus malitiæ, virtutis operatur Ingreſſum. 32.4.1. Cum renunciatur. Sicut 32.4.1.
nullus ad vitia ita nec ad virtutes neceſſitate trahitur ſed libero voluntatis arbitrio. De De pœni.
pœni. di. 2. §. opponitur, poſt medium. Vir- di. 2.
tus in aduerſitate probatur. 7.4.1. Aduerſitas. 7.4.1.
Virtutes non ſunt veræ apud infideles, quia ex defectu fidei nõ promerentur gratiam. 28.4.1. 28.4.1.
omnes. Virtutum acquiſitio difficilis videtur ſed impoſſibilis non eſt, ideo inexcuſabilis eſt homo. Si nõ poteſt (vt verbis aliquorum vtar, qui potius nolunt) pecunias exuere, quia pater familias eſt aut alicuius principis negotiator ſaltim abſtineat ab alienis. Si non poteſt ieiunare à cibis, ieiunet à vitiis & omittat delicias. Venter.n.mero æſtuans facile deſpumat in libidinem. Si non poteſt mentaliter orare, oret vocaliter, & diuinis intereſſe ſtudeat. ſi malas illicitasq; pulſantes ſæpiſſime cogitationes euitare nõ poteſt liberum mentis euitet conſenſum. Si in corde amaritudinẽ ac iram patitur, linguã reprimat ac manus cohibeat. Si ab accidia infeſtatur ſpiritualibus īſiſtat exercitiis, non excidat animo, cum inimico congredi non deſinat. Si Aſmodeus mentem maculat, in opus non prodeat. Si vexat inanis glo-

mino bonam voluntatem. Ipſe .n. intuetur cor. Et qui vult elemoſinatum proximo conferre beneficium incipiat à ſeipſo timendo deum ac diligẽdo, contra ſeipſum bellum iugiter gerendo & proximum vitæ irreprehenſibilitate edificando. Notate o diuites dictum domini. Facite vobis amicos de mamona iniquitatis. Dictum Hiero. Nunq̃ memini me legiſſe mala morte mortuum, qui opera pietatis exercuit. Hic namq; multos habet interceſſores & impoſſibile eſt multorum orationes non exaudiri. Dictum Gre. Dei miſericordiam non poteſt promereri qui miſericors non eſt. Beati ergo miſericordes, quoniã ipſi miſericordiam conſequentur. Dictum Ambro. Eſurientium panis eſt, o, auare, quem tu detines & captiuorũ redemptio pecunia quam tu recludis. Elemoſinarum tria ſunt gña. ſ. dare egenti, dimittere ledenti & delinquentem corrigere. 45. di. Tria. Elemoſina vt admanus pauperum peruenit beatificatur. 41. di. Parſimoniam. Dum datur elemoſina deus plus penſat animum q̃ datum. 42. di. Quieſcamus. Hinc vidua duo minuta offerens plus aliis obtulit. Elemoſina multiplicantur temporalia. (Ideo dominus ait date & dabitur vobis.) Remittuntur peccata mediante tamen vera humiliq; pœnitentia. Dan. 4. peccata tua elemoſinis redime. Ignem extinguit aqua, peccata elemoſina. Ait ſapiens. Confertur gratia vnde ſcribit Apoſtolus. Qui ſeminat in benedictionibus de benedictionibus & metet. ſ. gratiam in preſenti & gloriam in futuro. Aperit hoſtium paradiſi & premium æter

Hiero. Greg. Matt. 8. Ambro. 45. Diſt. 41. & 42. Luc. 21. & 6. Dan. 4. Ecclesi. 3. 2. Cor. 9.

num conſequimur. Quid morantur ergo diuites, quin indigentibus ſubueniant, quin theſaurizare ſibi Theſauros in cœlis ſtudeant? Et quin, cum venale ſit regnum cœleſte, elemoſinis illud obtinere conentur? Date o diuites & dabitur vobis. Date peritura & habebitis eterna, date terrena & habebitis cœleſtia. Date quod non poteſtis retinere. (Si quidem bona hominis vera non ſunt, quę ſecum, ferre nō poteſt) & habebitis quod nemo poteſt amittere. De elemoſina facienda quiſq; inexcuſabilis eſt. 86. di. In ſingulis. Quilibet ergo (ibi ait Ambro. ſuper Lucam,) quod habet cum paupere partiatur. Paſce fame morientē igitur, o homo, quia ſi non pauiſti occidiſti. Ad elemoſinam inter ceteros adeo tenentur prælati, ꝙ ſine ea

86. Diſt. eis non prodeſt lectio & oratio. 86. di. Fratrem. Sed pro dolor apud plures diuites hodie plus curantur canes q̄ pauperes. Hi eſuriunt & hiſtriones, meretrices & adulatores epulātur. Ignoſce pie lector, ſi nō erubeſco dicere quod plures Chriſtiani non erubeſcunt facere. Negant Chriſtum, qui eſt ipſa miſericordia, qui neceſſitatem patientibus elemoſinas denegant.

7.4.1. 7.4.1. omnis qui. Ad pietatis ergo opera quilibet ſe accingat Chriſtum in pauperibus veneretur, paſcat & foueat, vt audiri mereatur, cū Dixerit. Adueniat regnum tuū: quo digni ſunt, qui per continuam eius recordationem, amariſſimam Chriſti paſſionem recolunt omnibus

Luc. 1. diebus vitæ ſuæ, vt in ſanctitate & iuſtitia corā ipſo ſeruiant illi. Talis. n. meditatio omnes mētis langores ſanat, ſpiritum roborat & totum

dealbat

dealbat interiorem hominem. Eſt ad virtutes capeſcendas ſpũalis ſtimulus, vitiorum antidotũ, demonũ fuga, illuſtratio cordis & ſerenitas conſcientię. Quis non cõpateretur Chriſto pro ſe morienti, ſi eius mortẽ mentis oculis iugiter intueretur, cum omnia inſenſibilia ei compatiantur? Nã ſol ſe tenebris induit, terra tremuit petræ ſciſſæ ſunt, monumenta aperta ſunt & breuiter pendente in patibulo creatore, vt ait Leo Sanctiſſimus, vniuerſa creatura congemuit & Crucis clauos omnia ſimul elementa ſenſerunt. Tanto ergo pretio eruti de poteſtate tenebrarum & ab antiquæ captiuitatis vinculis abſoluti demus operam pii lectores, vt integritatem mentis conſequamur, acquiſitamq; nulla diabolus arte corrumpat, quoniam innumeris dolis ab æterna vita nos conatur euertere. Ei ergo reſiſtamus fortes in fide. In ligno.n. lapſi erecti ſumus per lignum. Curramus igitur poſt Chriſtum tanti memores beneficii in odorem vnguentorum ſuorum. Curramus feruenter, velociter & humiliter. Curramus in azimis ſinceritatis & veritatis curramus fidei greſſibus, miſericordiæ operibus & amore iuſtitiæ. Curramus indeſinẽter, quia ſemper homini remanet, quo probatior fiat & melior. Curramus ſcientes ꝙ ſicut in Adam omnes moriuntur, ſic & in Chriſto omnes viuificantur, ꝙ ſi compatimur & conregnabimus, & ꝙ non coronatur, niſi qui legitime certauerit. Sed quis eſt ille qui patitur? Nempe idem qui eſt filius virginis & auctor matris, qui ſolus eſt verus deus & homo, qui eſt hæres vniuerſorum & per quem ęternus pater

Paſſio Chriſti

Leo.

1.Pet.5.

Hebr.1.

fecit & ſæcula, qui eſt natus in tempore & crea
tor temporum, qui eſt omnium dominus virtu
tum & vnus de ſtirpe mortalium, qui eſt pecca
ti neſcius & in ſimilitudine carnis peccati pro
peccatoribus immolatus, qui diabolo, vt nos
de manibus eius eriperet, potentiam ſuæ maie
ſtatis occultauit & infirmitatem noſtrę humani
tatis obiecit. Hic ſi non eſſet deus, quem ado
rarent magi & ſi non eſſet homo quis paruo la
Effren. ćte paſtus fleret in præſepio? Si non eſſet ho
mo quem baptizaret Ioannes. Et ſi non eſſet
deus quem proteſtaretur vox patris? Si non
eſſet homo quis dormiret in nauicula, & ſi non
eſſet deus cui venti obedirent & mare? Si non
eſſet homo quis pateretur in patibulo, & ſi nó
eſſet deus latroni paradiſum quis promitteret?
Vbi paſſus eſt? In Cruce, quę ſicut fuit in iudeo
rum mente crudelis, ita & in Chri virtute mira
Ioan. 11. bilis. Furebat in vnum populus Cayphæ du
ćtus conſilio vt vnus moreretur pro omnibus
& non tota gens periret, & miſeretur omnium
Chriſtus, qui vocatus ad regnum fugit & queſi
tus ad crucem ſe obtulit. Vt aduenire in nos
regnum dei per crucem & iugem ſui mortifica
tionem innueret. Dicamus ergo adueniat re
Humilitas gnum tuum: quod ineſt illis, qui quottidie in ve
ra humilitate proficiunt. Quæ diſponit ad
gratiam, contra vitia roborat, reliquas virtu
tes in anima illeſas cuſtodit & nos ad media ſa
lutis adiuuat Hæc virtus in omnibus ſed præci
pue in prælatis eſt comẽdabilis, in quorũ fró
di. 99. & te nil ea fulget ſplendidius. 99. di. Ecce. & 100.
100. di. contra morem. Hæc parit obliuionem vir

tutum, quæ eſt ęrarium illarum ſtabiliſſimum. Errant igitur multum qui eas quaſi venales aſſidue portant in memoria, oſtentant aliis & ſæpe mentis oculis inſpiciunt. Quia hoſtē armāt antiquum irritant inimicum & eum dolis plenum inuitant ad furtum. Qui ſapiens eſt ait Cyprianus quanto maiora geſſerit tanto minora de ſe proferet, virtutes ſuas in Chriſti vulneribus recondit, nec euentilat bona quę fecit, quia timet ne ea ſibi hoſtis diripiat. Qui bona ſua magna vult facere non putet magna, aliter magna eſſe non poſſunt. Centurio pre humilitate dixit. Domine non ſum dignus vt intres ſub tectum meum &c. Et fuit voce domini ſtatim ſuper omnes iudeos enunciatus mirabilis. Ioannes baptiſta pręcurſor domini. Dixit. Non ſum dignus vt ſoluam corrigiam calceamentorum eius, & factus eſt amicus ſponſi. Petrus ait, dictamine humilitatis. Exi a me domine, quia homo peccator ſum. Et poſt Chriſtum a Chriſto factus eſt fundamentum eccleſiæ traditis ſibi Clauibus regni cœlorum. Paulus ſe humilians ſub potenti manu domini dixit Domine quid me vis facere? Factus eſt vas electionis. Humilians etiam ſe dixit. Non ſum dignus vocari apoſtolus & omnium poſt Petrum apoſtolorum primus euaſit. Tanta eſt humilitatis Excellentia, ꝙ dominus eius magiſter fieri voluit. Ideo dixit. Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde. Tunc verum humilem per Chriſtum te eſſe reputa. Cum in omnibus eius te ſeruum inutilem eſſe cognoueris. Qui ſe.n. aliquid eſſe exiſtimat, cum ni-

Cypria. Matt.8. Ioan.1. Luc.5. Actu.9. 1.Cor.15. Matt.11. Gal.6.

hil ſit ſeipſum ſeducit. Tunc eris verus humi-
lis cũ te perfecte deumq; noueris iuxta viatorũ
capacitatem,cum teipſum contemnẽs ab aliis
deſpici peroptaueris,& cum amaueris neſciri &
pro nihilo reputari. Qũo poterit ſe vermicu
lus extollere cum tantũ ſe deiecerit diuina ma
ieſtas? Breui inhumilitate proficies, ſi humilia
ri non recuſas,ſi deguſtas opprobria & ſi ſtultus
propter Chriſtum fieri ſtudes. Humiliatio.n.
eſt via compẽdiaria ad humilitatem,ſicut pati-
entia ad pacem, lectio ad ſcientiam & crux ad
patriam. Humiliatio eſt illa, inqua ſæpe eius
amator q̃ in libris doctior euadit. Hæc eſt.n.
vtilis lectio ſui humiliatio,cognitio & realis de-
ſpectio. Humiliatio eſt ſolidum totius ſpiritua
lis ędificii fundamentum. Animi refectio & io
cunditas ſpiritus. Humilitatis formam veram
dominus in ſe ipſo exhibuit in natiuitate ſua
vita & morte turpiſſima. In humilitate ſe Da
uid exercebat, quando dixit. Nõ ſum dignus
2.Reg.6. fieri gener regis.Ludam vt vilior fiam (bonus
vtiq; ludus,ĩ quo Michol iraſcitur & deus dele-
ctatur) & cum vetuit prohiberi maledicum
2.Reg.16. conuiciantem intendens quid in occulto age-
1.Cor.4. ret deus. Hoc ludo humilitatis luſit & Paulus,
cum dixit. Spectaculum facti ſumus humilita
tis.ſ.angelis deo & hominibus. Hoc ludo lu
damus & nos o pii lectores diſcentes humiliari,
penuriam pati & de domino pro eius nominis
gloria ieiunare. Adeo neceſſaria eſt humilitas
ꝙ abſq; illa in via dei nullus proficit. Humili-
tas à Deo meretur gratiam, acceptam ſeruat &
ſeruatam ita conſumat ꝙ animam humilem

deo offert vt coronetur. Si vis humilis euade re, Ama abiectiones & ſitias, omnibus bonis ſemper (malis autem ad tempus) ſubeſſe cone ris, meliores te intuearis, in propria nihilitate ſtudeas, eum, qui intuetur cor, iugiter cogita, Chriſti paſſionem diu noctuq; contempleris, à te tuæ mortis non recedat memoria, & ob ali quam gratiam aut virtutem infuſam vel acqui ſitam non extollas in altum cornu tuum. Si gna veræ humilitatis inter Cetera hæc tria tibi ſint. Primum eſt ꝙ homo humilis non vult propter aliquam gratiam ac virtutem quam ha bet vt ſibi maius cōmodum q̃ alii exhibeatur. Secundū eſt, ꝙ contēptū, in comodū & laborē, & ſi ſit perfectior cū aliis pati paratus eſt. Ter tium eſt ꝙ ſi aliquo incomodo vel opprobrio afficiatur non credit ſibi aliquam iniuriam fie ri ſed iuſtitiam. Quartum eſt, ꝙ iugiter ſeipſum inſpicit. Quintum eſt ꝙ de ſe ipſo ſentit, quod ſentiret de fœtēti cadauere, nec vnq̃ de iniuria ſibi illata conqueritur. Sextum ꝙ omnibus in rebus indifferētibus cedit, defert & ſubeſt, quòd de ſeipſo penitus diffidit ac de ſuis operibus ſuperq; brachia Chr̄i Crucifixi ſe reclinat. Di cens. Sub vmbra alarum tuarum protege me. Septimum ꝙ non quieſcit donec in ſuæ parui tatis cognitionem veram deuenerit, in ſuumq; cœleſtem ſponſum animam propriam transfor matam eſſe conſpexerit. Octauum ꝙ ita ſu um interiorem hominem charitas occupat, ꝙ non habet qua ingrediatur vanitas. Quicquid .n. dicit, cogitat & operatur duce humilitate à fonte in eo deriuat charitatis. In humilitate Pſal. 74.

Gre. ergo proficiamus ſine qua teſte Gre. qui omnes virtutes cõgregat quaſi vento puluerem expo-
Aug. nit. Dicit Augu. melior eſt in malis factis humi
Caſſiodo. lis confeſſio, q̃ in bonis ſuperba gloriatio. Ad humilitatem nos inducit Chriſti humilitas, quę in eo tanta fuit, quanta ſecundum Caſſiodorũ in diuinitate eius fuit incomprehenſibilis maieſtas. Eligat ergo quilibet noſtrum ex quo tam
1. Ioh. 3. nobili nomine decorati ſumus (vt. ſ. filii dei nominemur & ſimus) magis ſub ipſo rege cœli q̃ ſub principe mundi militare & magis ſub dei humiliter q̃ hominis poteſtate ſeruire. Sed heu quot ad oculos hominibus ſeruiẽtes multa diu noctuq; perferunt nulla habita propriæ vitæ ratione & propter Chriſtum ne verbum quidẽ ſuſtinere volunt? Quot ſuæ ſalutis curam peni-tus negligentes temporalibus bonis honoribus
1. Pet. 3. q; inhiant, carnis ſectantur deſideria, quæ militant aduerſus animam, & dei offenſam, cœleſtis patriæ amiſſionem, animæ deformationem & ęternam captiuitatem parui pẽdunt, vt poſſint in bonis ducere dies ſuos & tñ momentaneum eſt quod delectat & æternũ quod Cruciat ait Aug. profiteamur obſecro poſthac humilem
Aug. fratres patiẽtiam, humiliemus capita noſtra, & ſimus duce humilitate fideles deo vſq; ad mor
Apoc. 1. tem & dabit nobis coronam gloriæ. Ad hanc virtutem dominus verbo & exemplo ſemper nos adhortatus eſt, quæ quantum neceſſaria ſit ad ſalutem patet ex verbis ſuis. ſ. niſi efficiami-ni ſicut paruuli non intrabitis in regnum cœ-lorum. Recumbamus queſo vt ipſe docuit
Luc. 14. ſemper in nouiſſimo loco. i. animo nouiſſimos

nos iudicemus: quia qui ſe aliis in corde ſuo preferunt, à domino abiiciuntur, & niſi peniteria eis in vita ſubuenerit in æternę damnationis baratrum detruduntur. Odibilis.n. ſemper fuit deo & hominibus ſuperbia. Ideo phariſeus ſuperbus Euanuit in cogitationibus ſuis & humilis publicanus iuſtificatus, in domū rediit. Ideo legitur apud Iacobum. Dñs ſuperbis reſiſtit humilibus autem dat gratiam. Et ipſe dominus ait. Omnis qui ſe humiliat exaltabitur & qui ſe exaltat humiliabitur. Et habemus illud. Omnis vallis implebitur & omnis mons & collis humiliabitur. Intelligite hęc vos qui obliuiſcimini deum, nequando rapiat & non ſit qui eripiat. Vos inquam qui odiſtis diſciplinam, qui proieciſtis ſermones dei retrorſum, & qui ſemper vultis extollere in altū cornu veſtrum: quia dominus omnia cornua peccatorum confringet & exaltabūtur cornua iuſti. Humilia ergo o ſuperbe valde ſpiritum tuum (vt exaudiaris cum dixeris. Pater noſter aduenìat regnū tuum) quia erit vindicta carnis impii ignis & vermis. Apprehende diſciplinā ne quando iraſcatur dominus & pereas de via ſalutis. Seruiamus domino ergo in timore & exultemus ei cum tremore. Studeamus in propria nihilitate & mortificemus ſenſus, quia homo tantum proficiet quantum ſibi vim intulerit, quia niſi granum frumēti cadens in terram mortuum fuerit ipſum ſolum manet, quia qui perdiderit animam ſuam propter Chriſtum inueniet eam, & quia regnum cœlorum vim patitur & violenti rapiunt illud. Hinc ait Ioannes.

Luc. 18.
Luc. 3.
Pſal. 49.
Pſal. 74.
Pſal. 2.
Ioan. 12.
Matt. 16.

Vincenti dabo manna abſconditum & edere de
Apoc.1. ligno vitæ: quod eſt Chriſtus Ieſus, cuius cla-
ra viſione & fruitione quilibet ſanctus in pa-
tria reficitur. Deſpiciamus temporalia, vt nō
amittamus æterna, alios digniores nobis in vir
tutum meritis eſtimemus. Primatus omnes
præſertim eccleſiaſticos fugiamus, quia eos cō-
cupiſcere neq; ratio eſt neq; cauſa: licet aliqui
apoſtolica auctoritate freti eos pro viribus con
ſequi appetant dicentes. Qui epiſcopatū deſi-
derat bonum opus deſiderat. Dicit bonum
opus, quia laborem potius q̃ honorem in di-
gnitatibus eccleſiaſticis querere debemus, vt.ſ.
proximorum ſaluti conſulamus. Cogita am-
bitioſe q̃ durum ſit tanto ſe oneri ſubiicere,
& tam difficilem prouinciam aggredi, vt ratio
nem pro tot animabus apud iuſtum iudicē red
dere tenearis. Quis pro ſeipſo rationem red-
dere ſufficiet? Attende tibi obſecro. In hoc di
uinæ debeo clementiæ, quia laqueos, qui in hu-
iuſmodi dignitatibus ſunt, mihi aperire ita di-
gnatus eſt, vt iniuriam mihi inferri cenſeam, ſi
quis aliquam mihi eccleſiaſticam dignitatem
conferre tentat, & preſumit. Vix.n.mihi ſuffi-
cio & vacare poſſum. Qui autem Iam Epiſco-
pus eſt humiliter ſe gerat ſciens, ꝙ iuditium
horrēdum fiet his qui prȩſunt, niſi bene preſint,
ꝙ cum augentur dona rationes etiam Creſcūt
Gre. donorum. Tanto ergo eſſe humilior atq; ad
ſeruiēdum deo promptior quiſq; debet ex mu
nere, q̃to obligatiorem ſe eſſe conſpicit in red
denda ratione, & ꝙ perflant altiſſima venti.
Ideo multi tolluntur in altum, vt lapſu grauio

re ruãt. Hi lętantur imprudenter ad aſcenſum ſed timeant ad lapſum, quia magna quidem dignitas prelatorũ ſed maior ruina ſi peccãt. Nõ eſt tanti gaudii excelſa tenuiſſe quanti meroris eſt de ſublimioribus corruiſſe. Ille ſolus bonus eſt paſtor, qui animam ſuam ponit pro ouibus ſibi comiſſis, qui nõ recuſat laborem, & qui aliis non ſibi viuit. Sequamur ergo omnes dominum in humilitate, quæ principaliter conſiſtit in proprii contemptus appetitu ſecundum ſanctum Benedictum in regula ſua. Hinc humilis ſemper dicit. Stultiſſimus ſum virorum. Coram deo & hominibus Humilia de ſe ipſo ſentit, ad contemptibilia obſequia ſe libenter exhibet, de contumeliis ſibi illatis gaudet, alterius bona ſine labore & inuidia comendat & eligit abiectus eſſe in domo dei ſui. i. in militanti eccleſia. Exemplum dedit nobis dominus humilitatis, vt ſicut ipſe fecit et nos faciamus. Erat homo per naturam ſed dixit ſe vermẽ per humilitatem, opprobrium hominum & abiectionẽ plebis, quia omnes qui eum videbant deriſerunt eum. Fundamntum humilitatis eſt deſiderare contemni ſicut fundamentum patientię eſt deſiderium ardens & indeficiens patiendi propter Chriſtum. Ex humilitate vera naſcitur obediẽtia, qua homo deo, mandatis diuinis & eccleſiaſticis, propriis prælatis & oĩbus hominibus in bonis & iuſtis cauſis propter deum humiliter & gratanter obedit. Et rigor ſanctus, quo pœnitẽtialibus laboribus ſe ſubiicit iuxta naturæ ſuæ poſſibilitatem ſecundum normam iuſtæ diſcretionis. Sed redeamus ad patrem

Hiero.
Bñdictus.
Pro. 30.
Pſal. 83.
Pſal. 21.

noſtrum dicentes. Adueniat regnum tuum.

Hoc regnum inter cœteros merentur conſequi & obtinere qui deo in omnibus gratias agunt de tot ſibi collatis beneficiis, preſertim ſuę creationis, Chriſti incarnationis & paſſionis. Ad hoc nos inducunt creaturæ, quæ ſemper ſuum creatoré laudibus proſecuntur. Munus hoc exequi conſpicimus aquam ſuo curſu & ſuaui murmure, Terram dum fructus profert & flores, arbores dum in altum ſe erigunt, aues dum in cantu ſe occupant &c. Ad gratiarum actiones nos noſtra inducit natura. Nam ſecundum phiſicos tot nobis dedit mem bra corporis quot ſunt dies in anno, vt nulla ſit dies ſinę linea.i.ſine diuina laude & grarum actione tranſeat. Inducit ſacra ſcriptura, p quã ſpiritus ſanctus nos inſtruit. Hinc ait Dauid. Benedicã dominum in omni tempore, ſemper laus eius in ore meo. Et Apoſtolus. In omnibus gratias agentes. Et alibi. Omnia quæcunq; facitis in nomine domini Ieſu Chriſti facite. Et Aug. Cibus & potus tuus laudant deum ſi eos ſumis cum gratiarum actione. Gre. Somnus Sanctorum non vacat à merito. Et cur o Gregori? Certe quia diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Adueniat regnum tuũ.

Hoc breui conſecuntur qui fideles ſunt deo in in eius ſeruitio. Deo auté plures ſeruire renuunt dicentes ſe adhuc iuuenes eſſe, vel diuites, aut corporali pulchritudine decorati. Alii dicentes, ꝙ deus miſericors & bonus eſt, & ſic diuitias bonitatis eius patientiæ & lõganimitatis contemnunt. De his ait Sapiens ſic. Quia

[Margin: Gratiarũ actio — Pſal. 33. — 1.Theſ.5. — Col. 3. — Aug. — Greg. — Rom. 8. — Qui nolũt ſeruire Deo. — Rom.2. — Eccl.4.]

nõ cito profertur contra malos ſentẽtia, abſq;
vllo timore filii hominum perpetrant mala.
Alii dicentes ſe fame perituros ſi ab iniuſtis re
bus abſtinerent. Et tñ ait Dauid. Nunq̃ vidi iu- Pſal. 36.
ſtum derelictum. Iactent, igitur cogitatum ſu & 54.
um in dominum & ipſe eos enutriet. Hinc
ait dominus. Primum querite regnum dei & Matt. 6.
hæc omnia adiiciẽtur vobis. Et quis dixit hoc?
certe qui pauit populum Iſrael in deſerto, He- 3. Reg. 17.
liam per coruum & tot ſanctos exiſtentes in he-
remo. Alii eſtimantes ſe nimis difficilem pro
uinciam aggredi, cum tamen iugum Chriſti Matt. 11.
ſuaue ſit & onus eius leue. Alii quia erubeſcũt
Chriſtum coram hominbus confiteri. Hi ſciãt Pſal. 2.
ꝙ qui habitat in cœlis irridebit eos & dominus Pro. 1.
ſubſanabit eos. Quia vocat eos & renuunt,
extendit manum ſuam & non aſpiciunt & deſ-
piciunt omne conſilium ſuum. Alii amore
proprio deuicti, vel diabolicis ſeducti ſuggeſtio
nibus, vel cecitate mentis oppreſſi. Sed qui
deum veraciter diligit difficultatem non ſentit,
impoſſibilitatem neſcit & grauitatem nõ videt.
Adueniat regnũ tuum poſſunt dicere qui om-
ni cuſtodia cuſtodiunt cor ſuum, à quo multæ
cogitationes prodeunt. Cogitationum autem
aliquæ ſunt illicitæ, quæ penitus repellendæ,
aliæ vtiles, quæ ſunt fouendæ. Puta quę pro Cogitatio
ſunt ad peccatorum deteſtationem, ad ſui ipſi-
us humiliationem, ad ſpiritus noſtri, vt ſe in
virtutibus exerceat, excitationem & ad feruen-
tem dei ac proximi dilectionem. Debemus obli
uioni tradere bonitatem ac ſanctitatem pro-
priam, illatas iniurias, de preteritis peccatis de

lectationem & profunditatem dei. Scriptum.n.
eſt. Altiora te ne queſieris. Cogitationes ma
læ in nobis ortum habent à naturalibus noſtris
paſſionibus, vel ab interiori ocioſitate, vel ab
antiqui ſerpentis ſuggeſtionibus. His reſiſtitur
frequenti mentis in deum eleuatione, iugi pro-
priæ mortis ac Chriſti paſſionis memoria, vir-
tutum zelo ac deſiderio & reali ſui mortifica-
tione. Ad malas autem cogitationes pronos
nos reddunt naturæ noſtræ in primo parente
corruptio, mundusq; dum ad ſe amandum nos
variis modis ſtudet allicere & caro dum infeſtat
ſuis illecebris. A malis cogitationibus hæc
mala proueniunt, nam peccatum ſi eis non re
ſiſtitur pariunt, cor inquinant & deprimunt
Ephe.4. Diabolo in nobis habitaculum preparát. Hinc
ait paulus. Nolite locum dare diabolo. Et
perdunt ſuauitatem diuinæ grãe in anima exi-
Eccl.10. ſtentis, vt dicit ſapiens. Contra eas accingat ſe
quilibet dei timore & cuſtodia, ſenſuum preſer
Tren.3. tim oculorũ, quia depredãtur animas noſtras.
Vnde inquit Gre. Non lignum eua contigiſſet
Greg. niſi incaute conſpexiſſet. Et quia oculi ſunt
portæ in Caſtro noſtri corporis, Portas autem
caſtrl qui obtinet Caſtrum poſſidet. Accingat
ſe inquam quilibet, vt illicitas expugnet cogita
tiones ocii fuga, vera ſui humiliatione, feruenti
Hiero. oratione, & ſpiritualibus exercitiis. Non.n.
teſte Hiero. facile capitur à diabolo qui bono
vacat exercitio. Cogitationes bonæ ſunt igni
ſpiritusſancti comittendæ, vt magis inflammen
tur. Indifferentes ſunt circoncidendæ & malę
penitus expellendę. In his dum voluptas nó re

primitur,etiam in actionę dominatur. diſt. 49. Diſt.49.
Hinc etenim.Cogitationū aliæ ſunt vanæ, quæ & ſi homini in affectu non adhereant & in ſeipſis malæ non ſint.i.peccata, vacui tamē cordis & tepidæ deuotionis ſunt inditium & multum proficere volentem impediunt. Pro poſſe igitur ab animo amputentur iugi diuini amoris exercitio. Aliæ ſunt nociuæ: quæ ex imaginibus creaturarum internam diuinę gratiæ ſenſuali quadam oblectatione præpediunt, lectulum dilecti in anima commaculant & inſipidum omne ſpirituale exercitium reddūt. Cum autem eis occaſionem non damus immortificatis ſenſuum deſideriis ac diligēter reſiſtimus & importune tamen nobis contra voluntatē noſtram incidunt,earum onus pro ſpirituali martyrio humiliter tollerando ad magnum nobis meritum proueniunt. Aliæ ſunt in ſe bonæ puta de licita temporali cura aut ſpirituali ſed in nonnullis mentem inquietant vt in ſcrupuloſis & puſilanimitate confectis, aut ſunt de rebus celeſtibus & æternis, vt in curioſis & ſubtilibus miſteriorum dei aut paradiſi perſcrutationibus. Hæ homines actiuos & ſubtilis ingenii communiter infeſtant. Pro viribus abigantur Sed ne putes, quod ſine omni cogitatione eſſe debeas, imaginem tibi Chriſti prepono, qui eſt ſpeculum ſine macula & candor lucis æternæ. Hunc horis omnibus intuere, eius cordi tuo crucifixionis formam imprimas. Cibos tuos intinge in eius vulneribus. Potum tuum tēpera felle eius amariſſimo. Sāguis ſuus puriſſimus ſit iuge tui interioris hominis balneum.

Cum vis dormire reclines corpus tuum ſuper crucis eius patibulum, capiti ſupponas ſpineã coronam. Pedes tuos ac manus Claui eius detineant. Perfectiſſimam illius obſeruantiam, ardentiſſimam charitatem, immobilem patientiam & profundiſſimam humilitatem ſemper pre mentis oculis habeas & Carnis curã non facies in deſideriis, noxias cogitationes expelles & ſecundum cor dei arcem tui cordis munies. Sed quia ad obtinendum regnum dei in ſeipſo nõ ſufficit inutiles Cogitationes reprimere niſi etiam linguæ cohibeatur inſania, noſtræ q;

Linguę refrenatio. in deum operationes dirigantur: de his aliqua breuiter diſſeremus. Verus Chriſtianus non eſt qui non refrenat linguam ſuam. Cogitemus ergo quod loquimur, quia qualis quiſq; eſt ta

Chryſo. lia dicit & operatur vt ait Chryſo. Hinc ſcri

Iſido. bit Iſidorus. Qualis eſt ſermo talis & animus comprobatur. Idem dicit Ariſtoteles.4.Ethi

Ethi.4. corum. Cogitemus qualitatem eorum, cum quibus loquimur, quando loquimur (quia eſt tempus loquendi & tacẽdi) & quomodo.i.quali prudentia loquimur. Ideo dicebat Dauid. Pone Domine cuſtodiam ori meo & hoſtium cir

Pſal. cũſtantiæ labiis meis ſine namq; tali cuſtodia anima eſt inſtar ciuitatis ſine muris, quam ho

Gre. ſtes vndiq; poſſunt irrũpere. Et quia (ait Gre.) omnis Chriſti actio noſtra eſt inſtructio. (Hinc Chriſtiani nomẽ fruſtra ſortitur, qui Chriſtum minime imitatur) habeamus cum ipſo veritatẽ

Ioan.14. in verbis. (Ipſe.n.eſt via veritas & vita) Attendamus vtilitatẽ in verbis, ne aliquod eorum inu

Ber. tile proferatur. Hinc ait Ber. ſermo tuus non

ſit inanis,ſed aut cõſoletur aut doceat, aut pre cipiat aut moneat, & enitamur in loquendo vt modeſtia noſtra nota ſit omnibus hominibus. Ad refrenationem linguæ nos inducũt fructus qui ex prudenti locutione proueniunt, natura, quæ dedit nobis vnum os ad loquẽdum & duas aures ad audiendum, & philoſophi, qui paucis verbis ita vtebantur, ꝙ cũ vnus eorum in regali conuiuio recumberet & interrogaretur, cur ſo lus inter cœteros taceret, reſpondit. Tacuiſſe nunq̃, dixiſſe vero me aliquando penituit. Indu cit aliquorum loquacitas, quæ in eis eſt ſignũ ſtultitiæ & gignit ſæpe lites & diſcordias. Exem plum Chriſti, qui corã Pilato & Herode tacuit, vt nos curioſis ſilentio reſponſum dare inſtrue ret, & conſideratio, ꝙ de omni verbo ocioſo reddituri ſumus rationem. Ocioſum autem verbum eſt quod ſecundum Hiero. ſine vtili- tate audientis vel loquentis profertur. Lo- cutio Chriſtiani eſt rara, grauis & fructuoſa. Cu ſtodiamus ergo os noſtrũ, quia vas quod non operitur cito immundum fit & quicquid eſt in terius frigeſcit. Et cum multa ſint diuina & vtilia, de quibus loqui poſſumus in ſeculari- bus nos non implicemus. Sermo noſter ſit ſa- le conditus. Quod tacitum eſſe velis nemini dixeris (ait ſeneca) quia non poteris ab alio exigere ſilentium, ſi illud tibi ipſi non preſtas. Cum quid facturus es dixit ſocrates, nemini di- xeris, ne fruſtratus irridearis. Omittas mala verba quia teſte Gre. ab omni rectitudinis ſtatu pereunt qui per noxia verba dilabuntur, & ſu- per omnia ſtudeas eſſe tardiloquus, vt cum deo

Matt. 12.
Hiero.
Seneca.
Socra.
Gre.

loqui valeas, ſed appetenti in ſe regnum dei non ſufficit linguam reprimere, niſi & bonis inſiſtatur operibus. Quia nil prodeſt Chriſtianũ vocari niſi Chriſtum pro viribus imitemur, qui
Opera. dixit. Pater meus vſq; modo operatur & ego operor. Sed aduerte pie lector quòd opera noſtra quatuor modis ita denigrãtur ꝙ nõ poſſunt eſſe deo grata deberent & ad vitam æternam nobis meritoria, ſed ſic morientes cum ipſis in damnationis baratrum detrudimur. Videlicet cum ea operamur potius ex conſuetudine q̃ ex charitate, cum ea facimus coram hominibus, vt videamur ab eis, quia recipimus mercedem noſtram, cum ea in mortali ſtatu opera-
Leuit. 22. mur. (Sacrificium.n. quod maculam habuerit non erit acceptum deo.) Cum in eis finem ponimus vel ante vitæ conſumationem operari
Ezech. 18. deficimus. Ideo ſcriptum eſt. Si auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua & fecerit iniquitatem: iuſtitiæ eius quam fecerat, non recordabor. Incaſ-
Gre. ſum enim bonum agitur (ait Gre.li.1.mor.) ſi ante vitæ terminum deſeratur. Hinc ſcribit Iſidorus. Tunc deo placet noſtra conuerſatio cum bonum, quod inchoamus perſeueranti fi-
Iſido. ne complemus. Dum ergo tempus habemus, operemur bonum, cum humili intentione ac rectiſſima, ne fides ſine operibus in nobis repe-riatur. Et quiſquis aliud docet vel ſuadet ab eo tanq̃ à ſeductore cauendum eſt. Nec ſufficit operari niſi etiam te delectet & male pati. Hinc
Gre. Gre. Si exceptus fueris à paſſione flagellorum,
Heb. 12. eris exceptus à numero filiorum. Nam flagellat dominus omnem filium quem recipit. Cum

ergo

ergo ſimus filii dei (ex quo dicimus. Pater noſter, qui es in cœlis.) Vt adueniat regnum ſuum delectet nos cum Chriſto fratre noſtro benefacere & male pati. Cum timore & hilaritate ſeruiamus illi bene viuendo: quia ei ſeruire tenemur intuitu creationis, redemptionis, & q̃tum in nobis ſit humilis recompenſationis omnium quæ in terris pro nobis operatus eſt Chriſtus. Ei etiam ſeruire tenemur ex profeſſione, quã in baptiſmate fecimus, ex quottidianis nobis collatis beneficiis, & ex paterna æterni præmii promiſſione. Sed quæ à nobis deus particulariter exigit? Vt preterita delicta per pœnitentiæ lachrimas diluamus, vt vitiis ac demonum ſuggeſtionibus in fide viriliter reſiſtamus, vt quæ mundi ſunt penitus reſpuamus, vt bonis operibus iugiter inſiſtamus, vt nos in virtutibus diligenter exerceamus & vt per puritatem cordis & conſcientiæ ſerenitatem ei fideliter inhereamus, quia ſic merebimur vitam æternam per Chriſtum dominum noſtrum. Mereri autem multipliciter poſſumus puta cum bonis tẽporalibus, dũ ea pauperibus elargimur intuitu pietatis, cũ corpore, dum eius reſiſtimus cõcupiſcentiis, dum à nobis in bonis exercetur operibus, dum eius infirmitates patienter ſuſtinemus. Et cum anima, dum dei nobis collata recolimus beneficia, dum eũ cognoſcimus vt eius præcepta fideliter exequamur & dum eius diuinæ voluntati nos cõformes reddere ſtudemus. Tali.n.bona voluntate incipimus eſſe dei & deſinimus teſte Ber. eſſe diaboli. Adueniat regnum tuum. O Pater noſter qui es in

Seruire Deo

1. Pet. 5.

Mereri.

Ber.

cœlis. Secure poſſunt dicere qui humilitate decorati (quæ ſola exaltat & ducit ad vitã) ſem

Humilis. per in bonis ſe deficere conſpiciunt potius demereri q̃ mereri & deum offendere q̃ placare ſua imperfectione & negligentia, bene de aliis & male de ſeipſis ſentiunt, ſe omni pœna tam temporali q̃ ęterna dignos eſſe iudicant, ſe omni bono naturę, gratiæ & gloriæ indignos eſſe reputant, cum manſuetudine correctiones & contumelias pro Chriſti nomine patienter ſu-

Gre. ſtinent. (Qui.n.gloriã non querit ait Gre. contumelias non ſentit) ab omnibus creaturis ſe offendi dignos cognoſcunt (hinc mirantur, cur ab eis oĩa non ſe ſubtrahunt elementa) in abiectis potius officiis q̃ honorabilibus deo ſeruire appetunt, ex propria culpa prouenire aſſerunt quicquid mali proximo eos euenire non preterit, & nemini detrahũt ſed omnes honore preueniunt. Adueniat regnum tuum. Videtur aliquibus o, cœleſtis pater ꝙ ſuper nos viatores prouidentiam non habeas, dũ iuſtos multa mala permittis ſuſtinere & malos florere. Regnum ergo tuũ adueniat.i.manifeſta te ipſum mundo, ne dicant amplius. Vbi eſt deus eorũ?

Multi querunt regna peritura, dum terrenas diuitias cupiunt, & dum nobilium amici eſſe ſatagunt iugiter ſtudentes quomodo hominibus placeant. Nos autem dicimus, quod toto corde petimus. Adueniat regnum tuum. In quo eſt quicquid deſiderare poſſumus eſt, &

Ioan. 17. pro quo omnia arbitramur vt ſtercora. Adueniat regnum tuum, vt te ſolum verum deum cognoſcamus & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.

Adueniat regnum tuum.i.regnes in nobis,quia qui te habent omnia poſſident, felices ſe eſſe conſpiciunt & nil ſibi de eſſe ſentiunt. Adueniat regnum tuum.i.cito de huius corporis er gaſtulo nos perducas ad regnum paratum a cõſtitutione mundi diligentibus te. Preſta clementiſſime pater vt quod fideliter petimus efficaciter conſequamur.

Articulus quintus.

FIat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra.i. tribue nobis talem noſtræ voluntatis recti tudinẽ ꝙ nulla in ea remaneat obliquitas,ꝙ to ta ſimplex,caſta & deiformis exiſtat,& ꝙ tibi in omnibus ita obediamus in terris ſicut tuæ altis ſimæ maieſtati angeli tibi obediunt in cœlis. Fiat voluntas tua &c.i.concede vt ex abundan tia tui diuini luminis caro noſtra infirma ſpiri tui adeo ſubiiciatur ꝙ amplius aduerſus eum non cõcupiſcat,vt cor noſtrum & caro noſtra exultent in te deum viuum. Fiat voluntas tua &c.Equum eſt Sanctiſſime pater ꝙ tuam in nobis exequamur voluntatem quia diuinitas tua noſtram adimplere dignatur, dum noſtras preces exaudit,dum ad cœleſtem nos patriam perducit,& dum noſtris in neceſſitatibus ſubue nit. Sed que eſt iſta,o Candide lector voluntas dei q̃ facere debemus? Nempe ꝙ conuertamur à peccatis,Ezech. 18.vbi ait dominus,nolo mor tem peccatoris &c. vt poſt conuerſionẽ mun demur à peccatis eorumq; radices per realem

Voluntas Dei

Ezech. 18.

Matt.8. noſtri mortificationem. Hinc in leproſo dicit Cuilibet peccatori. Volo, mundare. Vt mundati in virtutibus proficiamus ad culméq; Chriſtianæ perfectionis aſcendere nitamur. Vnde
1.Thes.4. apoſtolus ſcribit. Voluntas dei eſt ſanctificatio noſtra. Vt legem naturalem erga proxi-
Matt.7. mum fideliter obſeruemus. Ideo dixit. Quæ vultis vt faciant vobis homines hæc & illis faci-
Matt.5. te. Vt edificemus proximum. Sic luceat lux voſtra coram hominibus. Vt quilibet amore eius ardeat. Vnde dixit. Ignem veni mittere in
Luc.12. terram & quid volo niſi vt ardeat? Et quantũ in ſe eſt vult omnes ſaluos fieri. Ideo dicitur Ieſus.i. ſaluator. Ideo dixit angelus. Ipſe saluũ faciet populum ſuum à peccatis eorum. Ideo ipſe dominus tam libenter manducabat cum publicanis & peccatoribus. Ideo dixit apoſtolis. Euntes in mundum vniuerſum predicate
Act.10. euangelium omni creaturæ &c. (Ecce o heretice ꝙ dominus vt aſſeris non eſt acceptator perſonarum ſed in omni gente qui timet deum acceptus eſt illi) Ideo oriri facit ſolem ſuum ſu-
Matt.5. per bonos & malos. Ideo mori voluit in aere, vt ſicut ille eſt communis omnibus ſic ſe pro omnibus mori innueret. Ideo remedia communia.i. Eccleſię inſtituit ſacramenta, per quę confertur gratia obicem non ponenti. Ideo in
Luc.23. Cruce poſitus pro ſuis etiam orauit crucifixoribus. Ideo ad hoſtium cuiuslibet pulſat iugiter. Ideo dat vitam æternam tam his, qui in nouiſſimis diebus vitæ ſuæ conuerſi ſunt, q̃ iuſtis.i. his qui nũq; eum mortaliter offenderũt.
Matt.20. Quod ex parabola eorum, qui ierunt in vi-

neam in diuerſis horis,quia acceperunt ſinguli denarium glo.addit.i.æternitatem. Hinc legitur ꝙ latro in fine compunctus oppreſſus a decidente arbore ſtatim euolauit,qua re viſa heremita quidam inuidia motus non parū de Deo conqueſtus eſt. Fiat voluntas tua &c.i.quia ſoli mundo corde te poſſidebunt, & mundi eſſe non poſſunt niſi qui tuam impleuerint voluntatem, & eam per ſe nullus exequi poteſt niſi ex dono tuo. Ideo à te ipſo in nobis fiat voluntas tua,vt tibi à nobis digne & laudabiliter ſeruiatur. Ita queſo fiat cœleſtis pater iſta voluntas tua, ꝙ noſtra penitus pereat & tua nos ex omni parte poſſideat: ex qua tota lex pendet & prophete. Fiat voluntas tua &c.à nobis interris (ſimilitudinarie.ſ.Nam ęqualiter fieri non poteſt,quia magna eſt diſtātia inter beatos & viatores.) Sicut fit ab angelis & beatis in cœlis. Qui voluntatē tuam ſemper facit optans tibi placere & timens diſplicere ambulat confidenter,dominatur omnibus,pōſſidet omnia. Factus eſt in pace locus eius. Semper gaudet ſed in domino. Omnia ſuffert, omnia ſuſtinet & charitas in eo nunq̄ excidit. Fiat voluntas tua &c.i.optamus quidem vt omnes ad te per tuam miſericordiam conuerterentur ſed ſi ob multorum culpam aliter diſponis fiat volūtas tua.Sicut in cœlo & in terra.i.ſicut olim in cœlo te in angelis peccantibusper iuſtitiam glorificaſti ſic in hominibus in terris peccantibus per iuſtitiā glorificeris.Ex corde dicunt fiat volūtas tua qui in hac vita & poſt ipſam volūt puniri de peccatis ſuis, ſi hoc cedit ad dei no

Pſal.75. Phil.4. 1.Cor.14.

minis gloriam. Qui poſſunt libere decantare
Pſal. 33. con propheta. Benedicam dominum in om-
ni tempore. ſ. proſperitatis & aduerſitatis. Qui
ita diuinum induerunt beneplacitum, q̃ cũ do-
Crux Chriſti. mino poſſunt dicere. Non noſtra, ſed tua fiat
voluntas. Illi toto corde dicunt: Fiat volun
tas tua, qui in Chriſti paſſionis ſe exercent me-
moria dicente domino. O vos omnes qui trã
ſitis per viam. ſ. Crucis attendite & videte, ſi eſt
dolor ſicut dolor meus. Quia vt ait Bonauen
Bona. tura nihil ita operatur vniuerſalem in homine
ſanctificationem ſicut meditatio paſſionis Chri
ſti, quia leue eſt quicquid patimur ſi conſidera-
mus quid paſſus ſit in crucis patibulo qui nos
inuitat ad præmium. Quia ſpirituale conſola
tionem talis in nobis auget memoria & quia
Chriſtus in cruce contra omnia vitia nobis of-
fert remedia. Nam in ea contemplari poſſu-
mus fel & acetum contra gulam, nuditatem
eius contra auaritiam, extenſionem brachio-
rum contra inuidiam, flagella & vulnera cõtra
luxuriam, contra iram aptionẽ lateris, pedum
clauos contra accidiam, & opprobriorum cu-
Aug. mulum contra ſuperbiam. In cruce ait Aug.
Chriſtus caput habet inclinatum ad oſculan-
dum, cor apertum ad diligendum, brachia ex-
tenſa ad amplexandum & totum corpus expo
ſitum pœnis ad redimendum. In Crucem ait
Ber. Ber. Chriſtus aſcendit, vt ab omnibus videre-
tur. Clamauit voce magna vt ab omnibus
audiretur, & clamori lachrimas addidit vt ho-
mo ei compateretur. In Cruce eſt tota Chri-
ſtiani gloria, ideo in lectulum eius humiliter ſe

collocans ait. Hæc requies mea in ſeculum ſeculi, hic habitabo, quoniam elegi eam. In cru ce pati voluit dominus ne quis verecondetur cõfundi & pati pro dei gloria, vt nos. i Adã hu mi depreſſos erigeret & eleuaret ad cœleſtia & vt ſe exaltandũ innueret ea exaltatione de qua Paulus ait. Propter quod & deus exalta-uit illum & donauit illi nomen quod eſt ſuper omne &c. Crux Chriſti eſt lignum plantatum ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuũ dat in tempore opportuno. In cruce (ait Ambro ſius) oſtenſa eſt nobis forma cui imprimamur oſtenſa eſt nobis via quam ſequamur. Ideo qui libet faciat ſibi ſecundum exemplar, quod mõ-ſtratum eſt in monte. Delectet igitur nos pati, ex quo velit, nolit homo eum oportet pati. Vnde dixit dominus. Dum iret ad crucem. Si in viridi ligno hoc fit in arido quid fiet? In Cruce voluit dominus extendi vt ſe paratum oſtenderet omnes, qui ad eum per humilem redirent penitẽtiam. De hoc tam amabili am plexu ait Aug. Inter brachia domini mei & vi uere volo & mori cupio. Ibi ſecurus decanta-bo. Exaltabo te domine quoniam ſuſcepiſti me. Crux Chriſti habebat quatuor partes, quia per eam ſaluandi erant electi ex quatuor mun di partibus quia & noſtra crux debet eſſe alta per cœleſtem conuerſationem, de qua Paulus ait. Conuerſatio noſtra in cœlis eſt. Lata per interminabilem charitatis progreſſum. longa per laudabilem perſeuerantiam & profundam per realem humilitatem, & quia in Cruce Chri-ſtus quatuor principaliter exercuit virtutes,

Pſal. 131. Phil. 11. Pſal. 1. Ambro. Exo. 25. Luc. 22. Aug. Pſal. 29. Ber.

de quibus Ber. ait. Chriſtus in Cruce patiētiam exhibet,obedientiam implet, humilitatem commendat & charitatem exercet. Peccat iniuſtus, ſcripſit Anſelmus, & punitur iuſtus delin-
Anſel. quid reus & vapulat innocens, quod perpetrat ſeruus exoluit dominus, quod committit homo ſuſtinet deus. Crux Chriſti eſt afflictorū requies,cœcorum lumen,captiuorum libertas, gloria martyrum,verū animæ gaudium & fundamētum eccleſiæ. Crux Chrī eſt panis eſurientium,fons ſitientiū,ſcutū fideliū,vigor certātiū, defenſio humilium & corona perſeuerantium.
Bona. Crux eſt nauis Crux eſt portus, ſecūdū Bonauēturam,crux eſt delitiarum ortus,in quo florent oīa. Ad crucem ergo Chriſti q̄ ſæpiſſime poſſumus mente cōfugiamus, quia oīs ſalus nr̄a in
Ber. cruce poſita eſt. Hinc ait Ber. ſcio ꝙ merita mea nō ſufficiūt,ideo confidenter quod ex merito mihi deeſt mihi vſurpo ex vulneribus Chriſti. Et Amb. Plus dn̄e Ieſu debeo tuis iniuriis,
Ambro. quibus redemptus ſum q̄ tuis virtutibus:quibus creatus ſum. Alibi. Plus mihi cōtulit deus redimēdo q̄ creando.Creādo quidē me mihi dedit, redimēdo aūt & ſeipſum dedit & me mihi tradidit. Itaq; ſi me totum illi debeo pro me facto quid addā pro me refecto?Non.n.tā facile ſum refectus q̄ factus. Siquidē de oī quod factū eſt dixit & facta ſunt,mandauit & creata ſunt. In
Pſal. 148. me aūt reficiēdo dixit multa,geſſit mira & pertulit dura. Dura verba, duriora verbera & duriſſima Crucis ſupplicia. In dictis, o pie lector ſuſtinuit contradictores, in factis obſeruatores, in tormentis illuſores & in morte exprobrato-

res.Crucifixum contemplans Ber. dixit.Valde mihi amandus Es bone Ieſu,per qué ſum, viuo & ſapio,ſed ſuper omnia reddit te amabilé, mihi calix, qué bibiſti opus noſtræ redemptionis. Hoc omnino amoré noſtrũ facile totũ ſibi vendicat. Hoc inquã nrãm deuotioné blandius allicit, iuſtius exigit, arctius ſtringit & afficit vehementius. Paſſus eſt Chriſtus dulcedo, ſpes & conſolatio noſtra in omni tempore, in toto corpore & in omni ſuo opere. In tépore infantiæ ſuſtinuit teſte Aug. anguſtias vteri, paupertaté, aſperitatem & vilitatem preſepii, perſecutionem Herodis & fugam Egipti. In Adoleſcétia & Iuuentute quid non paſſus eſt? Quo ad membra corporis, in quibus Chriſtus affectus non fuit? Quo ad opera detraxerunt phariſei eius prædicationi,conuerſationi & miraculorũ operationi. Aſcende ergo anima mea ſuper palmam crucis meditatione, compaſſione & imitatione,vt apprehendas dulciſſimos fructus eius. Cogita altitudinem paupertatis eius,latitudinem charitatis, longitudinem acerbitatis, & profunditatem paſſionis. Et affer de cruce Chriſti rediés ramum virentis oliuę ad arcã tuę cõſcientiæ.Accipe tuũ cœleſté ſpõſum candidũ inmente,rubicũdum in corpore, diuiſum in latere & exaltatũ in morte.Vis ſcire eius ſapientiã? Morté nrãm moriendo deſtruxit & vitã reſurgendo reparauit. Hoc.n.opus nræ ſalutis ordo depopoſcerat. Vis ſcire eius humilitaté? Poſtponi Barabã & cũ latronibus deputari dignatus eſt. Vis ſcire eius patientiã? Tanq̃ agnus ad victimam & ouis ad occiſioné ductus eſt. Vis

Ber.

Aug.

Eſai. 35.

ſcire eius charitatem ? Pro Crucifixoribus ora
uit patrem eos excuſando. Vis ſcire eius feruo
rem ? Oblatus eſt quia ipſe voluit, noſtram in-
Pſal.61. finite ſitiebat ſalutem. Vis ſcire eius iuſtitiam
& equitatem ? Quia ipſe eſt qui reddit vnicuiq;
Ber. iuxta opera ſua, ex latronibus vni pollicitus eſt
cœleſte premium, & alterum ad æterna ob eius
culpam deſtinauit ſupplicia. Vis ſcire eius in-
1.Pet.3. nocentiam ? Peccatum non fecit nec dolus in
uentus eſt in ore eius. Vis ſcire eius pulchritu
dinem ? Speciosus eſt pre filiis hominum, & eſt
candor lucis æternæ. Vis ſcire eius potentiam?
Omnia quæcunq; voluit fecit in cœlo & in ter
ra. Vis ſcire mirabilem eius prouidentiā? Ipſi
cura eſt de omnibus. Si in hoc mundi pelago
inſurgunt venti, tument vndæ, & fluctu at ani-
mus. Aſcende mente Crucis nauiculam &
in ea reperies filium dei dormientem ventis im
perantem, & naufragium a te penitus propul-
ſantem. Si opera tua tibi non ſufficiunt ad ſa
lutem, ad crucem confidéter confugias, quia in
ea inuenies perfectiſſimum tuæ ſalutis prætiū.
Si antiqui ſerpentis te vexat ſpiritus, crucis cy-
tharam arripias & leue erit omne ꝙ pateris. Si
infirmaris vtiliorem medicinam non reperies,
q̃ præcioſi ſanguinis anthidotum. Si portum
queris, crux erit nauis, ſi cœlum ipſa erit & cla
uis. Aperit.n.& nemo claudit, vt vera clauis
Luc.10. Dauidico. Vnum anima mea tibi eſt neceſſa-
rium vt.ſ.ita ipſius amore ardeas, ꝙ feruenter
dicas. Pater noſter, qui es in cœlis. Fiat vo-
luntas tua in me à te in terra ſicut ab angelis
fit in cœlo. Hanc dei voluntatem non faciūt

multi a tepiditate in captiuitatem redacti, qui more phariſeorum veros dei ſeruos quadã dia bolica malignitate, perſecũtur. De his ait do- minus. Cauete à fermento Phariſeorum.i.te pidorum præſertim ſacerdotum & clauſtraliũ quorũdam, qui ſuis ſuperficialibus ceremoniis, abiectum habitum deferentes ac nudis pedi- bus incedentes populares de facili contra illos excitant, (plebs.n.de huiuſmodi tepidis bene ſentit & ſi nequiter ſe humilient) quoniam ex- teriora potius q̃ interiora cõſiderationis ocu lis intuetur. Hinc pie lector Deum pro me oratum habeas, vt me de talium manibus eri- piat. Plus nãq; in multis eos q̃ carnales in ec cleſia dei obeſſe conſpicio, quia layci ipſis nõ mediocrem fidem adhibent. Hanc dei volun tatem non executur ypocritæ, qui hominibus potius q̃ deo placere ſtudent, qui feruentibus detrahũt & ſi poſſunt eos opprimũt, nobilibus adulantur, & in veſtimentis ouium veniũt, cum intrinſecus ſint lupi rapaces. Sunt doloſi vt vulpes, mordaces vt canes & ſuperbi vt Leones. Alios inſpiciunt & ſeipſos deſerunt. Faciles ſunt ad, eorum reprehenſiones ac ſi ipſi irrepre henſibiles eſſent. Si aliquid eis perpeti con- tingit, ex templo manus tradunt impatientiæ. Quales apud ſe lateant illata contumelia pro- bat. Hi volunt eſſe humiles ſine deſpectu, pau- peres ſine defectu, bene induti ſine ſollicitudi ne & delicate paſti ſine labore. Se malos ac peccatores eſſe fatentur & hoc ab aliis ſibi di ci dedignantur. Simplices ergo in dei homi- numq; conſpectu eſſe ſtudeamus, quia ſcriptum

Matt.7.

eſt. Veh duplici corde & quia hipocriſis eſt ſi
Matt.23. mea Diaboli & homini dei gratiã aufert. Su-
per eundem dei maledictiones multiplicat, &
Chriſti proditorem ipſum conſtituit. Qui hipo
creſi deuictus oſtentat ſanctitatem, quã non ha
bet, vt ſanctus appareat ac reputetur peccat
Aug. mor. Quia ſimulata æquitas ait Aug. non eſt
æquitas ſed duplex iniquitas. Hinc Hiero.
ſcribit. Duplicis peccati reus es, cum non ha-
Hiero. bes quod crederis & quod non habes ſimulas.
Peccat mor. Etiam qui ſanctitatem oſtentat, vt
hæreſim diſſeminare valeat, vel vt aliquã eccle-
ſiaſticam dignitatem conſequatur, qua tñ indi-
gnum ſe eſſe conſpicit, vel vt iniuſte acquirat
Aug. bona tpalia, in quibus finem conſtituit. De ho-
rum auaritia ait Aug. Auarus anteq̃ lucretur
ſeipſum perdit, & anteq̃ aliquid capiat capitur.
De Peni. Pñtibus cõpedibus ſtringitur & futuris. Qui aũt
di.1. oſtendit maiorem laicis in conuerſatione ſua
morum compoſitionem vt magis edificentur
cũ aliàs bonus ſit & timens deũ non peccat, ſed
meretur. Vbi hipocriſis regnat humilitas locũ
nõ hẽt. De pen.di.1.§. Item taciturnitas. Hypo
critæ bonis in Eccleſia permiſti ſunt corporali
ter ſed per peſſimam vitam ſeparantur ab illis
24.4.3. in dei cõſpectu. 24.4.3. De illis. Nemo amplius
83.Diſt. Eccleſię nocet ait Aug. q̃ qui peruerſe agens no
12.4.1. mẽ vel ordinem ſanctitatis querit. 83. diſt. ne-
mo. Hipocrita licet viuat corporaliter, mor-
tuus tamen eſt ſpiritualiter. 12.4.1. Nolo. Ad
hypocriſim tendit qui pluribus cõfitendo pec
cata diuidit cõfeſſionẽ. De peni.di.5.§. Qui er-
32.4.6. go ſua peccata. Itẽ qui videt feſtucam in oculo

fratris & trabem in ſuo nõ conſiderat.32.4.6. §.1. Item religioſus, qui a ſuo bono cecidit propoſito.12.4.1.certe. Hunc ergo ſcopulum, ne eius nauis illidatur, quilibet vitare ſtudeat. Fiat voluntas tua &c.dei voluntatem non habent qui habent conſcientiam latã vel nimis ſtrictam vt ſcrupuloſi vel cauteriatam.i. corruptam praua intentione & aduſtã igne male concupiſcentiæ, vel pturbatã ex aliqua paſſione, qualis fuit cõſcientia Cayn.Gen.4. Heu quam rari ſunt hodie qui bonam habeant conſcientiã, ordinatã in deũ,rectã,ſerenã, à vitiiſq; expurgatã & incoinquinatã. Cõſciẽtia bona & fama homini ſunt neceſſaria. Illa propter nos & hęc propter proximũ. Sed conſcientia famę pręualet,quia fama ſecundũ ſenecã poteſt falli, conſcientia nunq̃. Ideo dicebat apoſtolus.Gloria mea hæc eſt teſtimonium conſcientiæ meę. Hinc & Aug.ait. Sẽti de Aug.quicquid vis,quicquid libet. Sola me in oculis dei conſcientia non accuſet.11.4.3.ſenti. Idem ad clerum hipponenſem. Nil obeſt homini ꝙ de illa tabula illum deleat humana ignorantia, ſi eum non delet de libro viuentium iniqua conſcientia. Non tamen negligenda eſt fama, quia maledictus eſt qui negligit famam ſuam,(licet talis ſententia ſic etiam ſancti interpretentur, ſcilicet.Maledictus qui enormibus peccatis ſe infamem reddit.) Quod fama bona ſit nobis neceſſaria propter alios patet. 11.4.3.non ſunt audiendi. Et ſi prædicatori per bonam famã & infamiam currere contigerit ab officio non debet deſiſtere (modo tñ hẽat deum

Conſcien.
Gen.4.
Sene.
2.Cor.1.
11.4.3.
Aug.
11.4.3.

teſtem ſuæ innocētiæ ſicut habebat Iob.6.4.1.
Iob. 16. Sunt plurimi. Infamiam.n. ſæpe boni incur-
6.4.1. runt deo permittente vt purgentur vel probē-
tur. Infamati ad conſcientiam confugiant &
ſi ibi nil mali eſt gaudeant cum apoſtolis quo-
niam digni habiti ſūt pro nomine Ieſu con-
tumeliam pati.11.4.1.inter verba. Infamator
hominum peior eſt direptoribus. 6.4.3.Ex me
rito. Infamis eſt omnis hæreticus & infidelis.
2.4.7. 2.4.7.alieni. Simoniacus.15.4.3.ſanè. Predio
17.4.4. rum Eccleſiæ direptor. 17.4.4. Attendendum
patris inuaſor.3.4.5.omnes. Conſpirator con
3.4.4. tra Epiſcopum.3. 4.4.clericus. Sepulcrorum
violator.6.4.1. infames. Et qui malicioſe ad-
uerſus ſacerdotes armatur.6. 4. 1. Sacerdotes.
Sed ad conſcientiam redeamus. A bona con-
ſcientia ſeptem fructus proueniunt. Nam eſt
1.Tim.1. radix charitatis. Vnde ait Apoſtolus. Finis
Cant.4. precepti eſt charitas de corde puro,& conſcien
tia bona.ſ.procedens. Nitor veritatis. Hinc
Gre. Quem conſcientia defendit liber eſt inter
accuſatores. ornatus animæ. Ideo ſponſus
ait. Quam pulchra es amica mea q̃ pulcra &c.
A peccatis retractio. Et ad virtutes ſtimulus.
Theſaurus honeſtatis. Teſtimonium bonitatis
& conuiuiū interioris hominis delectabile pro-
uer.15.vbi ait ſapiens.Mens ſecura quaſi iuge
Pro. 15. conuiuium. Securitatem autem mentis facit
bona conſcientia: de qua Gre. ſuper Ezechiel.
Greg. ait. Quid prodeſt, ſi omnes laudent & cōſcien
tia accuſet? Et quid poteſt obeſſe ſi omnes de
rogent, & conſcientia defendat? Ber. ſuper
Ber. cant. Omnino ſufficit aduerſum nos loquen-

tium iniqua contra verba impia opinio bono
rum cũ teſtimonio conſcientię. De conſcientia Eſai. 38.
ait Eſa. 38. Diſpone domui tuæ. i. conſcientiæ
eam ordinando. Sed ad ædificationẽ domus.
conſcientiæ oportet ꝙ fundamentum fidei ia-
ciatur ſolidum, quod ſecundum Apoſtolum eſt 1. Cor. 3.
Chriſtus Ieſus. Et ꝙ paries ſpei à viua fide pro
cedentis erigatur in altum. Spes autem eſt qua
druplex ſicut quatuor ſunt domus materialis
parietes per ſpem. n. expectatur venia de pecca
tis auxilium in agendis, refrigerium in aduerſis
& præmium in cœlis. Ad huius ſpiritualis do Virtu.
mus edificationem requiritur tectum perfectæ Theo.
charitatis, que in nobis vniuerſa delicta operit, Pro. 10.
inſtarꝙ tecti omnia ſuſtinet. Huius domus ſo-
laria ſunt quatuor virtutes cardinales ad homi
nis ſalutem neceſſariæ. Temperantia. n. à ſu-
perfluis delectationibus ſe continet, prudentia
ſpiritualium hoſtium precauet inſidias, Iuſtitia Virtute
reddit vnicuiꝙ quod ſuum eſt, & fortitudine ar Car.
dua aggreditur, aduerſa ſuſtinet, & reſiſtit diabo
lo. De hac conſcientiæ domo ait dominus.
Salus huic domui facta eſt. ſ. poſt iuſtificationẽ Luc. 19.
& veram penitentiam. Et Salamon. Sapientia Prouer. 9.
edificauit ſibi domum. i. conſcientiam & exci-
dit columnas ſeptem. Sed quæ ſunt iſtæ colũ-
næ? Quibus noſtra domus interior ſuſtinetur?
Nempe ſollicitudo ad bene cuſtodiendum cor 1
ac proprios ſenſus. Deſiderium ex feruore cha 2
ritatis deo placendi. Defenſio contra diabo- 3
lum, cum interiorem domum tentat irrumpe-
re. Sancta contra ſeipſum indignatio ac rea 4
lis peccatorum omnium deteſtatio. Timor ſan 5

ctus qui expellit peccatum. Laudabilis inui
6 dia, quæ in illis reperitur qui i uia dei certatim
7 proficiunt. Et propter præterita peccata cor
Aug. poralis afflictio. Vera.n.penitentia eſt quedã
animi vindicta puniens in ſe quod doluit comi
ſiſſe. O q̃ felices ſunt,qui bona in dei conſpe-
ctu decorantur conſcientia. Hi guſtant & ui-
dent q̃ dulcis & ſuauis ſit dominus. Cum Apo
Pſal.33. ſtolo decantant. Gloria noſtra Hæc eſt teſti-
monium conſcientiæ noſtræ. Nil nobis con
2.Cor.1. ſcii ſumus ſed non in hoc iuſtificati ſumus. De
hac domo conſcientiæ ait dominus. Domus
1.Cor.3. mea.ſ.conſcientia domus orationis vocabitur,
vos feciſtis eam ſpeluncam latronum. Tunc
Matt.21. conſcientia eſt domus orationis cum totus
interior homo in deum dirigitur & eleuatur, & ſpelunca latronum,cum à peccatis deturpatur à demonibus expugnatur & à vitiis depredatur. Et quia aliquorum erronea & ſcrupuloſa eſt conſcientia ad eius depoſitionem & rectificationem Hæc proſunt.ſ.debita ad gratiam dei preparatio. Solicita ſacræ ſcripturæ indagatio,orationis deuotæ continuatio, opinionis alicuius illuminati tuta electio. Obedientiæ humilis imitatio, ſcrupulorum animoſa abiectio, diſcreta dei preceptorum interpretatio & realis cum humili confidentia ſui in Chriſtum reſignatio. Conſcientia obligat ex vi præceptorum dei non virtute propria ideo dictamen ſuum eſt circa preceptum & prohibitum. Ideo eadem eſt virtus qua ligat preceptum & qua ligat conſcientia. Et licet vtraq; conſcientia.ſ.recta & erronea liget, ita ꝙ ipſa durante

contrarium

contrarium faciens peccat, aliter tamen ligat recta & aliter erronea. Illa ligat abſolute in omnem euētum & ſemper ſic quòd deponi nō debet. Hæc non ligat niſi ſecundum quid & ſub conditione quia nō obligat niſi in quātum talis conſcientia creditur eſſe recta, ſed ea depoſita (quod fieri debet ad iuditiū diſcreti viri) non amplius ligat. Conſcientia recta in his que ſunt præcepta vel prohibita à Deo plus obligat q̄ preceptum prelati. In indifferentibus autem plus obligat præceptum prelati q̄ propria conſcientia. Error in conſcientia prouenit ex falſa aſſumptione. Puta cum quis aſſumit aliquod malum vel falſum tamq̄ bonum & verum. Et ex falſa applicatione, ſicut cum ex aliquibus veris aliqua conſcientia erronea formatur. Puta ex hoc ꝙ deus eſt ſup omnia diligendus, aliquis format ſibi hanc conſcientiam, ꝙ nihil poteſt ſimul diligi cum eo, ſed tantū deus. Error etiam in conſcientia cauſatur ex ſeptem. ſ. Ex ignorantia puta cum ſit malum ſub ratione boni & econuerſo. Ex negligētia cum quis nón curat ſcire neceſſaria ad ſalutem. Ex inordinato ſui amore, qui precipitat conſcientiam ad illud ad quod homo afficitur. Vnde ait Seneca. Perit omne iuditium, cum res tranſiit in affectum. Ex puſilanimitate, qua quis timet non timenda ſecundum iuditium rationis. De talibus ait propheta. Trepidauerunt timore vbi nō erat timor. Ex ſuperbia, cū quis dedignatur prudentiores conſulere eiſq; credere. Ex conſcientiæ perplexitate. Cum homo (vt ſibi videtur) inter duo mala ſe

Seneca.

Pſal. 13.

H

reperit. Ex cordis puritate. Bonarum.n.mē
Gre. tium eſt ait Gre.timere culpam ubi culpam nō
eſt. Dicitur conſcientia quaſi cordis ſcientia.
Cum cor ſe nouit dicitur conſcientia, cum no
Orig. uit alia præter ſe appellatur talis cognitio ſciē
tiá. Conſcientia eſt pedagogus animæ ſociatus
& facies illius, de qua dominus. Faciem tuam
laua.ſ.interioris hominis,quæ eſt conſcientia.
Sicut.n.diuerſæ ſunt facies ſic & conſcientię,
quarū proprium eſt teſtificari, accuſare,ſolue-
re,vel ligare. Fiat voluntas tua &c. Hanc dei
Obediētia voluntatem faciunt veri obedientes,dum ei ſub
ſunt in prelatis quicquid eis impoſitum eſt ſim-
pliciter,hilariter,velociter,viriliter,humiliter &
feruenter exequentes. Plures deo obedire re
nuūt ac ſi iocus eſſet quod de inferno legitur.
Sed iocando non prædixerunt prophetæ,ridē-
do non locuti ſunt apoſtoli, Chriſtus infantili
ter non cominatur & ſancti realiter non inſom
nis multa ſuſtinuerunt ſcientes, ꝙ proprium
Chriſtiani eſt pati diuinæq; ſubeſſe voluntati.
Ioci ergo non ſunt vbi tormenta intercedunt.
Iſaias ſerra ſecatur. Daniel leonibus deuoran
dus exponitur. Petrus in Cruce Chriſti exem
plo ſuſpenditur, Paulus capite truncatur. Si
iocando paſſi ſunt ſancti,qui vixerunt ſecundū
cor dei & iocando locuti ſunt. Alii dei præ-
1.Pet.3. ceptis non obediunt,quia à ſenſibus captiui de
tinentur,carnis deſideria ſectantur,quæ militāt
11.Tim.4. aduerſus animam,à veritate auditum auertunt
&, ad fabulas conuertuntur. Alii per latam
viam incedunt,quę ducit ad mortem, ne à mū-
1.Cor.15. danis irrideantur. Hi potius hominibus ꝙ̃ deo

placere ſtudent, querunt que ſua ſunt nō quæ
Ieſu Chriſti,& libenter ducunt in bonis dies ſu-
os. Aliqui obediunt tali ſpiritus promptitu-
dine, quòd deo in ſuperioribus dicunt. Domi- Act.9.
ne quid me vis facere? Alii ſunt adeo difficiles
ꝙ prelatus illorum potius obedit voluntati di- Luc. 18.
cens eorū cuilibet. Quid tibi vis faciam? Alii
nunꝗ obediunt,quia in eorum mortali corpo- Rom.6.
re ita regnat peccatū,ꝙ obediunt cōcupiſcētiis
eius. Hi nec deum nec homines verentur. Si- Luc.5.
cut dominus aſcendit nauim Simonis (qui in-
terpretatur obediens) ita veri obedientis ani-
mam inhabitat. Obedientia propriam mactat
voluntatem.8.4.1. Sciendum. Ibi Gre. con- 8.4.1.
cludit ꝙ quilibet religioſus ſine obedientia in-
fidelis eſſe cōuincitur, ꝙ quaſi peccatum ario-
landi eſt repugnare & quaſi ſcelus Idolatriæ
nolle acquieſcere. Obedientia homo mere-
tur dei gratiam.93.diſt.nulla & c.ſeq. Prelatis 83.Diſt.
omnibus & ſi mali ſint modo non ſint heretici,
dum tollerātur ab eccleſia obediēdū eſt 2.4.7. 2.4.7.
Sacerdotes. Deo principaliter eſt obediēdum
& poſt deū.S.Sanctæ Rom.Eccleſiæ.8.diſt.Que 8.di.& 22.
contra.22.diſt.preceptis.Et c.non decet.Cuili-
bet Epiſcopo à Clericis & Sacerdotibus ſuæ
dioc.eſt obediendum & reuerentia debet exhi
beri.7.4.1.Quia. Hinc confundantur cōplu 7.4.1.
res canonici, qui adeo inſoleſcunt & ſuperbia
tument,ꝙ à proprii Epiſcopi obediētia ſe ſub
trahunt. Dominis temporalibus ſic preſtan
da eſt obedientia (ex quo omnis poteſtas à do
mino deo eſt) vt ipſe deus non offendatur.Sed
contrarium hodie cōplures faciunt,quia timēt

eos qui occidunt corpus & non illum qui po-
Luc.12. teſt corpus & animam mittere in gehennam
ignis. Bonum indifferens propter obedientiã
aliquando eſt omittendum ſed malum morta-
11.4.3. lis culpæ, nunq̃ eſt comittendum. 11.43. Quid
ergo. Multum igitur aberrant, qui ſe mereri pu
tant, dum in illicitis ſuperioribus obſecuntur.
Vigilet ergo quilibet ſuper ſeipſum, quia opor
Act.5. tet magis obedire deo q̃ hominibus. Obedien
tiã, quã inferior prelatus a ſuis ſubditis exigit,
23.diſt. & ipſe ſuperioribus impendat. Sed cõplures
hodie preeſſe gaudent et ſubeſſe renuunt: qui
qñãtum à veritatis tramite deuicẽt haud facile
dixerim. Quantum deo grata ſit obedientia
oſtendit deus, cum hominem etiam in ſtatu in
nocentiæ præceptis aſtrinxit & eum obedien
Gẽ.2.& 3. tiæ tranſgreſſorem ſeuere puniuit & cũ voluit
Ber. ita filium ſuum obedire, ꝙ ne perderet obedien
Gẽ.6.& 7. tiam, perdidit vitam. Prompte obediens Noe
Gen. 17. cum ſuis aquas diluuii euaſit. Abraam adeo
22.& 12. fuit amator obedientiæ ꝙ preceptum dei de
circuncisione quãuis graue videretur & inſoli-
tum exequi vſq; in craſtinũ non diſtulit. Quòd
proprium filium morti tradere non recuſabat,
imo ad tam ſanctum pietatis opus ſtatim ſe ac-
cinxit & ꝙ ad dei vocem inauditu auris obe-
diens eggreſſus eſt de terra ſua, de cognatione
ſua & de domo patris ſui. Obedientia eſt tan
Euſebius. ti momẽti ꝙ ſolũ virtuti adiicies quod proprię
voluntati detraxeris. Hinc ait Euſebius in Epi-
ſtola. Illũ diẽ te tm̃ bene vixiſſe puta, in quo vo
luntatẽ propriã abnegaſti: & deſideriis reſtiti-
ſti. Obediẽtia eſt origo omnis boni atq; perfe

ctio ait Aug. Et nulla eſt lepra peior i leproſo, q̃ propria voluntas in religioſo. Talis ore dicit deo. Fiat voluntas tua, ſed factis propriā vult exequi voluntatem. Obediētia ſola eſt (vt ſcribit Gre.) quæ virtutes omnes menti inſerit, inſertasq; cuſtodit & pfectas reddit. Obedientia talis eſt ꝙ eius amator in omnibus ambulat cōfidēter ꝙ gratior eſt deo q̃ ſacrificiū, & ꝙ clarū noſtræ erga deum dilectionis & humilitatis eſt inditium. Obedientia tollit voluntatem noſtram: quæ facit, vt bona noſtra bona nō ſint. Ideo quia grande malum eſt propria voluntas, qui ſapiens eſt ei vt frenetico imponit cuſtodiā legem ſtatuit, & frenum iniicit. Sicut homo propria volūtate corruit ſic ſtat & reſurgit per obedientiā. Obedientia eſt rationale propriæ voluntatis ſacrificium, & virtus, quæ alias vt iā dixi virtutes inſerit inſertaſq; cuſtodit. Ad obedientiam nos incitant inſenſibilia & irrationabilia, quibus dominus præceptum poſuit & non pretereunt. Hęc quia ſeruauerunt ordinem ſibi impoſitum perſtiterunt in natura, qua creata ſunt. Homo autem quia non obtemperauit comparatus eſt iumentis inſipiētibus & ſimilis factus eſt illis. Factus eſt inquam ſicut equus & mulus, quibus nō eſt intellectus. Hinc de inobediētia in die vniuerſalis iuditii à creaturis omnibus conuincetur. Ad hanc virtutem nos ſuo exemplo inducūt angelorum agmina, quæ æternam dei legem in nullo prætergrediuntur. Inuitat & dei filius, qui factus eſt obediens patri vſq; ad mortem mortem autem crucis &c. Obedientia tantæ dignitatis eſt & excel-

Aug.
Greg.
Pſal. 148.
Pſal. 48. & 31.
Phil. 11.

lentiæ, ꝙ eſt in ternis animæ Theſaurus, for-
titudo ſpiritus,debellatio demonuw, in tenta-
tionibus victoria,& mentis illuſtratio. Obedi-
entia facit hominem fratrem Chriſti. Hinc ip-
ſe ait. Quicunq; fecerit voluntatem patris
mei,qui in cœlis eſt ipſe meus frater eſt. Reddit
hominem deo gratum,dum ei in ara conſcien-
tiæ voluntatis victimas immolat. Quicquid
vult à domino obtinet. Eius.n.oratio non po
teſt repelli,quia de puritate cordis exhibetur.
Homini ſui victoriam largitur, veram pacem
tribuit,mentem ornat,animam caſtificat & cœ-
lum in eius morte aperit. Inter omnia ergo
quæ relinquenda ſunt ſtudeat homo relinque
re ſe ipſum per realem propriæ voluntatis ab-
negationem,quia duce diuina voluntate perue
niet ad portum & quia propria voluntas eſt
arbor mortis,fomes criminum et radix omniũ
malorum. Hæc nobis deum aufert, eiuſdem
beneficia ſubtrahit & meritum euacuat, æterna
nos morte dignos efficiẽs. Hæc (vt reliquas
hiſtorias omittam) ſubmerſit Pharaonem, pro
ſtrauit Goliam,ſuſpendit Vriam,& peremit An
thiocum. Hæc hominem facit Carni deſerrui
re,honores ambire, & numis obedire. Quòd
libenter obediendum ſit,oſtendit Dauid dicẽs.
Pſal. 53. Voluntarie ſacrificabo tibi. Paratũ cor meum
& 107. deus paratum cor meum. Quòd ſimpliciter
obtemperandum ſit oſtendit Abraam, de quo
Gen.22. dominus ait apud prophetam. In auditu au-
Pſal. 17. ris obediuit mihi. Adhæc. Qui ambulat ſim
Sap. 1. pliciter ambulat confidenter. Quòd hilariter
Prou. 10. ſit obſequendum diuinę voluntati oſtendit Re

galis propheta, qui ante arcam domini hilari-
ter ſaltans (hilarem.n.datorem diligit deus) in
dignationem ſuperbientis fœminæ mira repre 2.Reg.6.
ſit ſapientia. Quòd velox debeat eſſe obedi- 2.Cor.9.
entia oſtendit Paulus,qui vt audiuit.Ingredere
ciuitatem & dicetur tibi, quid te oporteat fa-
cere ſine diſcuſſione domino obediuit illam in Act.9.
grediens. Zacheus, qui feſtinans deſcendit,
vt dominum hoſpitaretur,in domum ſuam, de Luc.19.
qua dominus hodie ſalus domui huic facto.

Quia & Dauid dicens. Viam mandatorum Pſal.118.
tuorum cucurri. Quòd viriliter obediendum
ſit (quia ſæpe tribulatio intonat, perſecutio
imminet, renuit caro, blanditur mundus, vt
ab obedientia nos retrahat & impugnat dia-
bolus) ſanctorum omnium exercitus nobis in-
ſinuat. Hinc Petrus viriliter obediens dixit
Principi Sacerdotum. Oportet nos magis obe Act.5.
dire deo, q̃ hominibus. Et propheta cum di-
xit. Paratus ſum & non ſum turbatus, vt cu
ſtodiam mandata tua. Quòd humilem à no- Pſal. 118.
bis dominus exigat obedientiam, ipſe innuit
dicens. Cum hæc omn ia feceritis,dicite. Serui
inutiles ſumus. Dauid cum dixit. Domine Luc.17.
nó eſt exaltatum cor meum neq; elati ſunt ocu
li mei, & fidelium religioſorum acies.Omne.n. Pſal.130.
datum optimum & donũ perfectum deſurſum
eſt deſcendens a patre luminum. Quòd inde- Iac. 1.
ſinenter obediendum ſit (nam perſeuerãtia co
ronatur opus) oſtendit Apoſtolus dicens. Sic
currite, vt comprehendatis. Qui aliter facit 1.Cor.9.
currit in incertum. Et quia quod alios docuit
ipſe perfecit ideo dixit. Curſum conſumaui. 2.Tim.4.

Ezech. 18. Et Ezechiel dicẽs ꝙ iuſti deficiẽtis à iuſtitia ſua omnes iuſtitiæ à domino obliuioni traduntur. Simus ergo omnes fideles obedientiæ vſq; ad
1. Apoc. 2 mortem & dominus dabit nobis coronã vitæ. Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra. O tu qui dei volũtatẽ exequi peroptas, audi & quicquid tibi cõſulo protinus exequaris. Sic viue, vt ab omnibus intus nudatus ad perfectam perue nias charitatem, quia tũc diuina adeo pfũderis cõſolatiõe, ꝙ dilatabitur & mirabitur cor tuũ.

Vtilia animæ conſilia.

Tunc eã in mente pacẽ inuenies, quę exuperat omnẽ ſenſum, & oẽm tranſcendit intellectũ, qua inquã aĩa in deũ rapitur, ſeipſam ſupergreditur: terrenorum oium obliuiſcitur & in ſuo cœleſti ſpõſo requieſcit. Ibi quadã indicibili dulcedine repletur, ineffabilẽ ſecuritatẽ poſſidet, & totã in ſpiritualibus delitiis (quę vndiq; cõfluũt) ſe eſſe cõſpicit. Et quia ſcit abũdare & penuriã pati, ſi cut cũ accedit ſpõſus inſipiẽter nõ euaneſcit, ſic cũ recedit, aliq̃ pturbatione nõ cõcutitur. Illius qm̃ ſe cõformẽ reddidit volũtati, triſtitia ſe op primi nõ pmittit, cũ abſq; ipſius culpa à tã amœ na trãquilitate in interiorẽ ariditatẽ relabitur. Suſpirat tũ & gemit, vt ſpóſũ ad reditũ prouocet. Sed heu q̃ rari ſunt, qui talẽ hodie charita tis pfectionẽ cõſequãtur, tãta cordis mũditia fulgeãt, ad hũc felicem ſtatũ à deo prouehantur & inexpugnabilẽ cõtẽplationis arcẽ teneãt: quia plures ſunt hoĩes ſeipſos amãtes, quorũ deus vẽter eſt, finis interitus & gloria in cõfuſionem. Si alicuius adhuc mortalis culpæ conſcius non es humilieris gratias agens altiſſimo pro tã ſin gulari beneficio. Si peccata enormia te perpe

trare conſpicis, ipſa deleas deo poſthac placere deſiderans. Ipſa te humilem reddant non puſilanimem: quia ſi veri pœnitentes ſumus Chriſtus eſt propitiatio pro peccatis noſtris. Benignus & miſericors eſt & preſtabilis ſuper malitia. Quoties corruis toties per humilem confeſſionem Coram proprio ſacerdote reſurgas humiliter ſperans indulgentiam. Cum vitã corrigere realiter decreueris, ſecurus eſto deuenia ſentiens de domino in bonitate. Reſcipiſce & conuertere ad dominum deum tuum derelinqués impie vias tuas & vir inique cogitationes tuas. Ipſe cognouit figmentum noſtrũ, ideo nobis compatitur, ſi in peccatorum ſordibus nó perſiſtimus. Illis tñ terribilis eſt, qui eius bonitate abutétes peccata peccatis cumulant, qui cum corriguntur nolunt intelligere vt bene agãt, qui diu noctuq; ducétes in bonis dies ſuos carnalia deſideria ſectãtur & qui terrenis affixi à cœleſtibus bonis excidunt. Ad illum igitur in toto corde cõfugientes cõfiteamur peccata noſtra, quia ipſe fidelis eſt vt ea remittat & emũdet nos ab omni iniquitate noſtra. Hinc eius tãto magis eluceſcit clementia quanto grauiora vulnera ſanat in penitente & maiora illi debita condonat. Inexhauſti enim vigoris eſt dei miſericordia. Sed caue ne conuerſionem differens vana perſuaſione deceptus pereas. Age ergo penitentiam dum ſanus es, dum adhuc peccare potes & deum tibi propitium inuenies, qui non vult mortem peccatoris ſed magis vt quertatur & viuunt. Si te cœcum, infirmum & pauperé agnoſcis accede humiliter ad

Iohelis. 2.

1. Ioan. 1.

Aug.

lucem mundi, ad medicum animarum ei vulnus detegens tuum,& ad illum in cuius ditione cuncta ſunt poſita. Sanctum propoſitum in diȩ ſæpe renoues laborás pro viribus, vt dei euites offēſam, vt vitiis reſiſtas & bonū certamé certes vſq; ad morté contra te ipſum. Et ſi adhuc ex naturali infirmitate vexaris, teipſum in humilitate exerceas, in domino confidas & ores, quia

Pſal. 36. breui dabit ipſe tibi petitiones cordis tui. Et ſi à propria concupiſcentia deuictus laberis in peccatū innouato propoſito ſtatim agas pœnitétiam & fac vt caſus tuus te meliorem reddat. Scelera tua ſalubri confuſione & lachrimis perfuſus cum humili in deum confidentia in abiſſum miſericordiarum eius proiicias. De peccatis tuis ſemper non poſſe dolore doleas, & dolorem cum vita finias. Dolor ſit in ratione nec te triſtitia torqueat, cum deo ſenſibilem cordis dolorem offerre non potes. Si corporales lachrimæ deſunt ad interiores confugias, ſine quibus illæ nō proſunt. Si diaboli ſuggeſtiones innuitus ſuſtines non te perturbet puſilanimitas, quia non te perdet antiquus ſerpens nec deum tibi reddet offenſum ſi volūtatem tuam à conſenſu liberam ſeruas. Adeo.n. ſecundum Aug. peccatum eſt volūtarium, ꝙ cum deeſt vo-

Aug. luntas deſinit eſſe peccatum. Extende inter te & ipſum Crucis vexillum. Oppone puriſſimum ei Chriſti ſanguinem. Vim ſibi & tibi inferre non deſinas. Si furit caro, ſuo ſpiritus fungatur officio. Si mundus te illaqueare tétat, mentem vt illius irriſor inter Angelorum agmina colloca decantas cum Paulo. Conuerſatio no-

ſtra in cœlis eſt. Ne deſperationis aut preſum
ptionis ſcopulis anime tuæ nauis illidatur mo
do miſericordiarũ dei abyſſum cogita, modo
peccatorum tuorum multitudinem recole, mo Pſal. 83.
do reſpice in faciem Chriſti tui, modo te æter
nis dignũ videas ſuppliciis. Terrena ſpernas ac
teipſum ſciens ꝙ quanto liberior intus fueris &
ſimpliciorem cordis affectũ in deum direxeris
tanto felicius deo vacare poteris: in quo ſolo
veram reperies requiem, expletur omne homi
nis deſiderium, & mens noſtra realiter reficitur.
Hunc verè diligere vita eſt Chriſtiani. Ideo ex-
pellatur à nobis quicquid ab eius nos amore
impedit, cordis diſſipationem inſerit, & pro-
prium amorem fouet. Studium tuum ſit in li
bris ſacris, in feruenti oratione, in tui cognitio
ne, ac in vulneribus Chriſti. Ad eius ſanctiſſi
mam matrem confidenter, vt per te intercedat,
ſæpe cõfugias, eam venerare, laudes & diligas.
Cum vitiis ac diabolo nec pacem nec indutias
habere velis, ſed infatigabiliter ea impugnare
non deſiſtas, eorũ motus reprime, & dũ paruus
eſt hoſtis eũ elidas ad petram. Omnibus ex cor
de te ſubiice. Sic teipſum deprimas, vt qlibet te
monere ac docere audeat, & nulli ĩ animo tuo
te præferas, ſed omnibus potius te inferiorem
ſentias. Non cures nimium hominibus place-
re nec diſplicere pertimeſcas modo domino fi
delis exiſtas in omnibus operibus tuis in eum
te dirigens. Mundi fauores ac hominum lau
des deſpice. Eſto prudens ne à dextris aut à ſi
niſtris diaboli ſupplanteris inſidiis. Omnia,
de quibus laudaris aſcribas altiſſimo, cum iniu

ſtę aliqui te iniuriis afficiunt cauſam tuam illi comittens te immobili induas patientia. Et velis potius opprobria ſuſtinere q̃ laudibus euchi ac euaneſcere. Quo ad te cupias videri corã hominibus, qualẽ in dei conſpectu te eſſe cõſpicis. Pax ſpiritus tui nõ ſit ĩ hoĩum ore ſed in proprię cõſciẽtię teſtimonio. Quęcũq; aduerſą de manu dñi reuerẽter ſuſcipe vt tot ſpiritualia munera ab ipſo tibi trãſmiſſa. Humili cõfidẽtia in deũ (cius ſuper electos ſuos mirabilis eſt prouidẽtia) feruẽti orone, & interiori mãſuetudine te robores tui curã illi comittens, ideo doleat caput, icuruet frigus, nimis vexet calor, obnubilata ſit mẽs, tędio afficiatur ſpiritus, ſenſibilis ſubtrahatur deuotio & demones in via hac,
Pſal. 141. q̃ ambulas abſcõdant laqueũ tibi. Viriliter age oẽm ſpẽ tuã nõ in ſortilegis & maleficis ſed in dño creatore tuo colocans, quia ipſe faciet cũ tẽtatione prouentũ. Semp aliquid boni facito vt diabolus te ſemper inueniat occupatũ. Modo vaces lectioni, modo ĩ meditatione te occupes, & modo inſiſtas oroni. In lectione potius ſententiarũ fructũ q̃ verborũ lenocinia perquiras. Certè lectioni animũ prudẽter aſtringas ordinéq; ſeruato. Lectio.n. certa prodeſt (ait Se-
Sene. neca) varia delectat & magis cor diſſipat q̃ edificat. Enitere vt potius habeas bonã conſcientiã q̃ magna ſcientiã. Quę in libris ſacris ſtatim nõ percipis venerare, reuerẽter ſuſcipe & ſimpliciter ptrãſeas. Meditatio tua ſit circa ea quę tibi expediũt ad ſalutẽ, te ſæpe in Chri vulneribus detineat. In vtilia aũt & curioſa ne limẽ quidẽ eius attingãt. Dũ oras nil pter deũ videas in pe

titionibus tuis. Nec triſteris ſi, quod velles ſta-
tim nõ obtines. Spe ille differt elargiri, quod re
cte petis, vt te in fide & perſeuerantia exercens
maiora cõſequaris. Vt i orõne te facilius i deũ
eleues, ante tẽpus illius liberum animũ ſeruare
ſtudeas, vt Caſſianus conſuluit, à cogitationum Caſſia.
multiplicitate mentẽ expedias & te totum cõ-
mittas altiſs. Pſalmodiæ amator exiſtas. Cum
eius. n. deguſtaueris ſuauitatẽ gratiſſimã animę
tuæ tranquillitatẽ pariet & iocundã ſerenitatẽ
interioris hominis. Viatores. n. lætificat, demo-
nes fugat, angelos inuitat & deũ vt ita dixerim
ad miſerendũ cogit. Poſt Mariã Virginem (cu-
ius quilibet Chriſtianus humilis cultor eſſe de-
bet) aliquem ſanctorum peculiarius venere-
ris, cuius patrocinio adiuueris apud illius filiũ.
Ipſius ſaluatoris noſtri vita ac paſſio ad omnẽ
virtutẽ eiuſq; perfectionem conſequendã quod
dam ſit tibi compendiũ. Nuſq̃. n. aduerſus tuas
naturales paſſiones vanitates mundi, tentatio
nes demonum, perſecutionum ac calamitatum
procellas & carnis illecebras tam preſens effi- Ioan. 1.
caxq; inuenies remedium. Ipſe eſt ignis con-
ſumens peccatorum purgationem faciens.

Lux vera: quæ illuminat omnem hominem
venientem in hunc mundum. Ipſe eſt in labo-
re requies, in fletu ſolatium & in opprobriis
gaudium. Ipſe eſt clarum lumen cordium.
Conſolator optimus, in æſtu temperies, & dul-
cis hoſpes animæ. Mores & actus ipſius dili-
genter cogita. Eum in virtutibus imitari ge-
ſtias, & in lege eius meditari die ac nocte te Pſal. 1.
delectet. Sic eris tamquàm lignum plantatum

ſecus decurſus aquarum: quod fructum ſuum dabit in tempore opportuno. Mente modo ingrediaris ad præſepium, modo conſcendas montem caluarium. Modo infantem vagientem in frigoris aſperitate foueas, modo ei crucifixo & obprobriis ſaturato compatiaris quia & ipſe tibi compatitur' vitam procurandum à iudeis occiditur. Modo te illi fidelem comitem offeras in deſerto, & modo tum ipſo pro eterni patris gloria (cuius optamus, vt fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra) & proximi ſalute te pœnis ac perſecutionibus ſubiicias. Iaculatorias aſpiratiunculas pre manibus habeas. Te ipſum ſemper deiicias, dei in omnibus honorem ſitias, & ſæpe ad dominū Ieſum Chriſtum confugias. Ipſe.n.eſt vera conſolatio, ſpes, fidutia, dulcedo pax, requies, & illuminatio noſtra. Gaudium, refugium & omne bonum noſtrum. Verus Theſaurus, amor & Deus noſter. Ideo ipſe ſolus cor noſtrū poſſideat, inhabitet & reficiat; Caſtæ tuæ ſint cogitationes, quicquid candorem conſciētiæ inquinare poteſt euitare ſtudeas, teipſum ſæpe collige, nec aliquid comittere audeas in quo vis loco, quod oculis tam intimi inſpectoris diſpliceat. Diſcretus eſto in omnibus & prudens. Non peregrineris in feruore, qui ad tentationē

1.Pet.4. fit. Sancta vita. Sanctum deſiderium coram deo aſſidua in te ſit oratio. Tempus vtiliter expēdas & in Chriſti amore iugiter ac imitatione proficias ſciens ꝙ tantum proficies quātum tibi vim intuleris. Te ita in deum ordina & dirige vt nusq̄ internam libertatem amittas. In

ternum ſpiritus ſancti eloquium diligenter ob
ſerua. Eius preſentiæ reuerentiam exhibe, &
intentionem ſuam fideliter exequaris. Cum te
ſenſibilis ſuauitas deſerit, non te des externis cō
ſolationibus, ſed in humilitate cordis delectare
in domino. Eò tua tendat intentio vt ei ſoli
placeas. Et ſi arida ſit mens ab incœptis tamē
non deſiſtas, ſed deo in eius laudem cordis tui
ſterilitatem offeras ſciens ꝙ ipſe ſalutem noſtrā
etiam nobis ſæpe non intelligentibus opera
tur, ꝙ rationis deuotio ei gratior eſt q̃ ſenſi
bilis & ꝙ tunc amorem proprium miſericordi
ter à nobis vult preſcindere cum nos videtur de
ſerere ſpiritualem conſolationem ſubtrahens.
Reuelationes cæleſtes ne curioſe expetas: quia
diuerſis diaboli laqueis patent, qui illis temerè
inhiant. Reuelationes, quæ à deo proueniūt Canc. Par.
hominem humilem reddūt quæ autem à demo
ne ei proximi contemptum ac talem ſui conſi
dentiam pariunt, ꝙ ſe periculoſæ ſecuritati tra
dit. Quandiu in huius vitæ fluctibus verſaris
inter ſanctum timorem & caſtam ſpem quotti
die magis in humilitate proficiens nauigare
ſtudeas. De prime ſpiritum tuum ſemper, tibi
ipſi vileſcas & in humilitate exerce mentem tuā
ſi errare non vis. Spiritualium, poſtq̃ eos con
ſulueris, iudicium tuo preferas. Propriæ nunq̃
innitaris prudentiæ. Vitioſam vbiq; euites ſin
gularitatem. Sic viue vt nulli ſis offendiculū.
Veh.n.illi (dixit dominus) per quē ſcandalum Matt. 8.
venit. Sis pie lector in membris compoſitus,
maturus in moribus, hilaris in facie, ſerenus in
corde, modeſtus in verbis, purus in cogitatio

ne, fidelis & ſtrenuus in operatione, benignus & vtilis in conuerſatione. Et feruens in oratione. Te ipſum pro poſſe diuina gratia fretus irreprehenſibilē in omnibus exhibe. A te reſeca quicquid animam à dei amore ac familiaritate impedit. Id caſte admitte quod ſuaue vel admirabile ſe tuis ſenſibus offert. Creaturas prudenter inſpice, vt per hæc viſibilia in inuiſibilium amorem rapiaris, in talia prophetæ ver
Pſal. 103. ba prorumpens. Quam magnificata ſunt opera tua domine. Omnia in ſapientia feciſti. Delectaſti me in factura tua & in operibus manuum tuarum exultabo. Cogita q̄ mirabilis ſit dei virtus, qua conſeruat omnia, quæ cōdidit & ſapientia, qua diſponit omnia ſuauiter. Cogita eius potentiam, quæ in rerum multitudine & quātitate fulget, ſicut in ſpecie & qualitate ſapientia & in utilitate bonitas. Et earum conditorem laudibus proſequaris. Quis nō amaret dominum inſpiciens tam mirabilem rationalis animæ dignitatē, compagem noſtri corporis, fabricam cœli, elementorum diſpoſitionem, innumerabilitatem ſtellarum, cœlorum armoniam, ornatum & conuenientiam, diuerſitatem animantium, & viciſſitudines temporum. Quæ omnia, ſolo verbo ille creauit ex nihilo? Quis inquam non diligeret factorem omnium huius lucis pulchritudinem intuens, ſereni cœli amœnitatem, ſtellarum decorem, rutili ſolis venuſtatem, tot florum ſpecioſitatem, verni temporis formoſitatem, auium cantus ſuauitatem, tot fontium iocunditatem &c. Quid ſi animam rationalem puritate & ſanctimonia orna

tam

tam cõſpiceres,cœleſtis patriæ ciues iam effec
tos ſanctos & tot angelorum agmina? Curam
carnis ne feceris in deſideriis. Fruſtra.n.ad ſpi
ritualem perfectionem aſpiras, ſi illius eris man
cipium. Nimiam indulgentiam & nimiam ab-
ſtinentiã pari vites diligentia.Medio tutiſſimus
ibis. Nil pręter deum occupet tuum interio-
rem hominem. Quamdiu.n. alicui rei creatæ
inordinate adhęſeris eidem perfecte coniungi
non poteris. Omnia inæqualia æquali feras
animo. Quecumq; audis aut vides ad dei ho
norem ac tuũ ſpiritualem profectum inflectas.
Solitudinem quantum in te ſit dilige ſciens ꝙ
in ſilentio & ſpe erit fortitudo noſtra. Secre-
tum mentis ſemper queras & cũ deo tuo intus
verſare. Attende tibi nec circa aliorum facta
curioſus exiſtas,& niſi ſuperioris fungaris offi-
cio alicuius vitam non diſcutias. Si laycus es
vbiq; Chriſtianum agas,in dei timore te conti-
ne & memorare nouiſſima tuos & ſic in ęternũ
nõ peccabis. Si eccleſiaſticus es tuæ profeſſio
nis memor ſemper corã domino tanq̃ vnus ex
ſummis angelis in ſpiritu totus aſſiſtas,vt illi ſer
uias ĩ ſanctitate & iuſtitia omnibus diebus tuis.
Quieti propriæ conſcientiæ ſemper conſulas.
Nemini detrahas. Te ipſum in pace cuſtodi.
Omnibus compatere. Vnicuiq; ſuum relinque
iuditium. Sinceram cunctis dilectionem oſten
das. Cum in aliquo te erraſſe noueris,teſtatim
corrigas. Omnibus vt fratribus beneuolus ac
ſi potes beneficus eſto. De omnibus recte opi
neris. Suſpiciones temerariaq; iuditia à te
reiice,ſciẽs ꝙ homines ſumus & falli poſſumus.

Dei precepta ac conſilia ſi potes obſerues & eccleſiaſtica mandata exequaris. Cum errat proximus, errorem ſuum humanæ fragilitati vel leui negligentiæ, vel vehementi tentationi aſcribas, & quæ incerta ſunt in meliorem partem interpreteris. Nullius vnq̃ ſalutem deſperaueris. Diſce aliorum imperfectiones, ſiue corporis ſiue animorũ ſint, æquanimiter amore Chriſti tollerare: & ſi vis portari porta. Tuã citius, ſi priuatus es q̃ aliorum conſcientiam di-
Prou. 4. ſcute. Et omni cuſtodia cuſtodi cor tuum. Bene viue & lætare. Nec ſis in eorum numero, qui deo derelicto vitiis ſeruiunt. Bona ſemper in te ſit voluntas, quæ talis Theſaurus eſt animæ ꝙ cum ipſa operari non poteſt tamq̃ opus à deo ſuſcipitur. Domini manum patienter ſuſtine ac voluntatem hilariter amplectere cum te vult infirmum, te continuis tentationibus impugnari, & graui certamine exerceri anteq̃ propria vitia efferatosq; animi motus pfecte poſſis ſubigere, quia glorioſiorem coronã tibi in cœlis preparat: vitiorum.n. ac demonum impulſus, quibus reſiſtimus virtutem in nobis nõ violant ſed ornant, non euacuant meritum ſed au-
Heb. 13. gent. Quia non habemus hic ciuitatem permanentem ſed futuram inquirimus, tendamus ad cœleſtem Hieruſalem: In qua eſt omne bonum quod deſiderari poteſt, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec cor hominis apprehendit. Expedi cor tuum à curis ſeculi, & bene viuens te totum crede diuinæ prouidentiæ ac mortem lætus expecta. Sit tibi ſemper Ieſus in corde & nunq̃ eius crucifixio ab animo tuo

recedat. Neminẽ ſpernas, nemini noceas ſed omnibus prodeſſe coneris. Illa legas & cogita, quæ te in dei amorem inflãmare poſſunt. Si carnis te cõcuſſerit tentatio, recordare dilectũ tuum poſitum in doloribus & dic (vt conſulit Ber.) in corde tuo. Dominus meus iacet in crucis patibulo & ego voluptati operã dabo? De Chriſto cogitantem te ſomnus occupet, admittat menſa, & Chriſtiana decoret conuerſatio. De mundanis nil cures ac ſi non eſſent & ita te deo cõſecres ꝙ id ſolum dicas cogites & facias, quod illi placere credideris. Sic ſecure dicere poteris. Pater noſter qui es in cœlis, fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra. Ber.

Sed deum pie lector pro me oratum habeas, vt ad eius gloriam feliciter preſens opus proſequi ac vſque ad mortem lutheri ſectatores impugnare & ita cõfringere valeam, ꝙ non poſſint ſtare, ſed cadant ſubtus pedes meos.

Diligam te domine fortitudo mea, dominus firmamentum meum & liberator meus.

Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me feſtina.



Eripe me de inimicis meis domine ad te confugi.

Benedictus dominus deus meus, qui docet manus meas ad pretium & digitos meos ad bellum.

INCIPIT TERTIA PARS OPERIS, IN QVA DE vera fallaq; agitur pœnitentia & de remiſſione iniuriarum.

Articulus ſextus.

PANEM noſtrum quottidia
num da nobis hodie.i.neceſ-
ſariam interioris exteriorisq;
hominis refectionem. Salu-
brem verbi tui ac ſacramen-
torum perceptionem, veram
ſacrarum ſcripturarum intel
ligentiā. Tu.n.habe-s earū clauem, qua aperis Eſa.22.
& nemo claudit claudis & nemo aperit. Dixi- Apoc.3.
ſti. Scrutamini ſcripturas, quia ipſæ teſtimo-
nium perhibent de me, indeficiens nobis tuum
lumen miniſtra, quo id pro tui nominis gloria
exequi valeamus. Panē noſtrū quottidianū &c.
.i.da nobis verā deuotionē, qua in animarū re
medium quottidie non ad iuditium Sanctiſſi-
mum corpus & ſanguinem dulciſſimi filii tui
percipiamus, vt in eo creſcamus in ſalutem, &
de virtute in virtutem in fortitudine talis ac tā
ti cibi ambulantes perueniamus ad cœleſtem
patriam, vbi tu habitas lucem inacceſſibilem.
Diuitias & paupertatem ne dederis nobis ſed
noſtro victui tantum tribue neceſſaria. Da no- Pro.3.
bis & panem noſtrum.i.filium tuum pro no-
bis natum & paſſum, vt illum maſticemus per
meditationem, digeramus calore compaſſio-
nis & eo reficiamur per imitationem. Hunc

panem hic per gratiam & in cœlo per gloriam
Ioan.5. habere peroptamus. De hoc pane ipſe ait. Ego ſum panis viuus qui de cœlo deſcendi. Hoc pane multis annis mundus caruit, ideo plures
Pſal.65. fame deficientes mortui ſunt. Qui autem guſtat hunc panem viuet in æternum. Sicut adipe & pinguedine repletur anima eius. Hic panis dignior eſt omnibus oblationibus & ſacramentis. De conſec.di.2.nihil. In eo ima ſum-
De cõſec. diſt. 2. mis aſſociãtur ca.quid ſit. Et eſt mors malis vita bonis. Dicit dominus panem, quia eo nullus alius cibus eſt magis neceſſarius. Dicit noſtrum quia homo non debet ocioſus comede-
Greg.3. re, ſed in ſudore vultus ſui veſci pane ſuo. Hinc
2.Thes.3. & Paulus ait. Qui non laborat non mãducet. Dicit Quottidianum ne ſoliciti ſimus de Craſtino. Dicit. Hodie. Quia vita noſtra eſt tanq̃ dies vna quæ cito prçterit. Panem noſtrum quottidianum &c.i.concede vt quottidie culpam noſtrã deflentes humilem agamus penitentiam, quæ quoniam adeo eſt adulto neceſſaria, vt ſine illa ei non ſit ſalus. (Eſt.n.ſecunda tabula poſt naufragium) ideo hic aliqua de vera ac falſa pœnitẽtia diſerere humili ſtilo operepretium eſſe duxi. Vera pœnitentia quam potens laudabiliſq; ſit haud facile dixerim. Ipſa.n.nobis deuincit inuincibilem eidem reconcilians animas. Ipſa eſt aditus ad ſalutem, vi-
Pœnitẽtia tiorum interemptrix, & radix virtutũ per Chriſtum dominum noſtrum. Ipſa per ipſum ſanat, iuſtificat & paradiſum aperit. Omnis ſpes noſtra poſt naufragiũ in vera per filii dei dulciſſimi ſanguinem ita cõſiſtit pœnitẽtia, ꝙ nulla tã

grauis eſt culpa,quæ per pœnitentiam non de‑
leatur. Ipſa de peccatoribus iuſtos facit,de ter
renis cœleſtes,de mortalibus immortales, & de
miſeris fœlices. Ipſa eſt ſalus animarum ve‑ Bona.
rum lumen & præclarum & dulcedo Cordium
Ipſa eſt nauis ipſa eſt portus,ipſa eſt diliciarum
ortus,in quo florent omnia. Ipſa cum iuſtas
preces effundimus, nos apud altiſſimũ voti cõ‑
potes efficit. Ipſa eſt oppugnatrix demonum,
reſtauratrix virtutum,inferni ſera & clauis para
diſi,fons humilitatis,veteris hominis mortifica
tio,verus mundi cõtemptus,flagellum diaboli,
aurora interiorem diem preueniens,continuus
corporalium conſolationum deſpectus, emun‑
datio conſciẽtiæ, ac præſumptionis effugatio,
pro Chriſti gloria iugiter patiendi ardens deſi
derium,tepiditatis neſcia,feruoris flamma.Om
ni humane creaturæ propter dominum ſubie‑
ctio,vera ſub potenti manu dei humiliatio, ar
bor bonorũ operum,ſancti Spiritus hoſpitium,
& continua non ſine veritatis lumine ventris
aflictio. Omnes igitur Chriſtiani pro poſſe
eniti debent, vt mediante dei gratia (quæ non
deficit,niſi ſibimet deficientibus) veram pera‑
gant penitentiam,ne vitam inſtar pecudum ſi‑
lentio tranſeant. Quanta ſit virtus pœniten Matt. 3.
tiæ ex hoc Patet, ꝙ Io. Baptiſta ac redemptor &. 4.
noſter ſe mundo detegentes imprimis eam ho
minibus annunciauerunt, Sed quoniam ipſius
diffinitionẽ effectus & media complures latent,
ob amoris proprii tenebras cœcitate percuſos
ea pietatis intuitu paucis complecti volumus,
Pœnitentia ſiquidem primus eſt ſperande bea‑

titudinis gradus, quem adeat opus eſt, qui ſca lam Chriſtianæ perfectionis, Deo fauente con ſcendere peroptat. Vt igitur ad tam immen ſum, (o iocundiſſime lector) incomprehenſibi leq; bonum peruenire tãdem valeamus ipſoue deo frui mereamur veram diligamus, ac quera mus pœnitentiam, inuentam amplectamur, amplexamq; ſemel nunq̃ deſeramus. Per ipſam enim homo declinat à malitia, vt ſtudeat probi tati, venatur vitam morti renũcians, fugat dia bolum, vt cor ſuum Chriſtus inhabitet, & adeo erga eum ardet charitate, vt nihil agat, nihil di cat nil cogitet niſi ꝙ ei gratum & hominibus credit profuturũ. Nos lector dulciſſime. Nil omnino aſſeremus a ſcripturarum ſenſu, aucto ritateq; alienum. Nec noſtrum erit quod do cebimus, ſed diuinum, & de ipſorum ſanctorum voluminum Theſauro depromptum. Vt quic quid dixero non ſolum verum ſit, ſed ipſa ve ritas, quę à quocunq; eſt, à ſpiritu ſancto eſt. Sta tui. n. ac decreui nuſq̃ à lege nuſq̃ ve ab Euange lio diſcedere, quia verum ac fidelem ſacro ſan ctæ Romanæ Eccleſiæ cum dei adiutorio filiũ me eſſe profiteor. Siue. n. concionamur, Siue libellos aliquos in lucem ædimus, ad hoc ſem per intendit intentio. Vt Chriſtus, cui me totũ debeo, honoretur & proximus edificetur. Quod ergo promiſſimus impleamus. Vera pœniten tia eſt vitæ perfecta renouatio, ſui ac proprio rum delictorum profunda cognitio, illorum voluntaria reuelatio, propter illa inaduerſis immobilis patientia, zelus ſpiritualis profec tus ac realium virtutum, diſcretum ſui odium,

amor diuinæ iuſtitiæ, & indeficiens pro Chri-
ſti gloria patiendi deſiderium. Vera pœniten
tia eſt ſe omni pena ac ſupplicio dignum co-
gnoſcere, frequenter ſe corā proprio ſacerdo-
te accuſare, more medici ſua interiori pauper
tate cognita ad cœleſtes beatoſq; ſpiritus con
fugere, vtq; ſibi ſubueniant, multis lachrimis im
plorare, & bonorum ſe orationibus comenda-
re ſpe veniam impetrandi illorum precibus &
meritis. Eſt præ ſui cognitione cum vndiq;
aduerſa confluunt, iubilare, nullis proſterni ten
tationibus (& quia ò Chriſtiane ſignum Chriſti
geris vt ſemper verecunderis, cum fueris ſine
pœnis) nullis afflictionibus fatigari. Vera pœ
nitentia eſt propria vitia vt ſuæ humiliationis
materiam præ mentis oculis ſemper habere,
perpetuum illis bellum indicere & non quieſce
re donec ipſis expulſis ac deuictis anima deo
candida ac munda reddatur. Eſt omnia aduer
ſa de manu domini ad ſui punitionem accipe-
re, cum ſeraphica Magdalena iugiter lachrimas Pſal. 6.
effundere ad pedes domini illis ſtratū ſuum ri- &. 10.
gare cū propheta & poculū cum fletu miſcere,
& ſe multis ieiuniis ſalua tamen diſcretione,
orationibus, diſciplinis & laboribus mortifi-
care, donec lucifer oriatur in corde ſuo. Eſt
ita cor figere in Chriſti vulneribus, vt ne pa-
rum quidem noxiæ voluptatis Caro degu-
ſtare valeat, & cognoſcere ſe indignum etiam
hac temporali luce. Eſt de nemine male ſen-
tire preter quam de ſeipſo & quantum in ſe eſt
potius velle humiliari q̃ honorari citra tamen
dei offenſam ac proximi notabile ſcandalum.

Eſt de omnibus ſibi collatis beneficiis indeſi-
nenter deo gratias agere, ex omnibus: quæ
accidunt Spiritualem fructum decerpere, ter
Phil. 3. rena arbitrari, vt ſtercora, quo homo Chri-
Gal. 6. ſtum lucrifaciat, non gloriari niſi in Cruce do
mini noſtri Ieſu Chriſti, neminem contemne-
re ſed omnes potius reuereri, & ęgre ferre, cum
deus in aliquo offendi conſpicitur. Veram
agens pœnitētiam. Deo ita optat placere & ti-
met diſplicere, ꝙ vellet potius mori quam di-
uinam amplius eius mortali culpa violare pre-
ſentiam. In omnibus ſe ſuſpectum habet, ad
Pſal. 37. flagella cum Dauid paratus eſt, iniuſtitiam ſuā
& 31. non abſcondit & in diluuio lachrimarum mul
tarum ad deum approximare ſtudet. Calicem
ſalutaris, accipit, deo ſe totaliter dedicare, vias
Pſal. 25. eius cuſtodire, per ignem & aquam tranſire, fa-
cere iuditium & iuſtitiam in omni tempore &
nunq̃ obliuiſci domini Creatoris ſui nititur.
In virtute dei inimicos ſuos perſequitur & illos
comprehendit & non conuertitur donec defi-
ciant, nunq̃ recedit à deo ſalutari ſuo ſed imma
Iac. 1. culatum ſe cuſtodit ab hoc ſeculo. Ponit cu-
Pſal. 140. ſtodiam ori ſuo & hoſtium circunſtantiæ labiis
ſuis. Apprehendit diſciplinam, declinare à
malo vult & facere bonum & Iactat cogitatum
ſuum in dominum. Reuelat domino viam
ſuam. Iugiter reſpicit in faciem Chriſti ſui. Eli
Pſal. 83. git abiectus eſſe in domo dei ſui magis q̃ habi-
tare in tabernaculis peccatorum. Humiliatio
nes venatur, Si opus eſt, pro dei gloria. Cor
poreas conſolationes reſpuit. Propriam volun
tatem iugulat captiuans intellectum in obſe-

quium Chriſti. Effundit amorē ſui, vt implea tur amore dei, quem dum peccauit pulchrum in ſeipſo dehoneſtauit, blandientem irriſit & iu ſtum contempſit. Se dignum omni derelictio ne pena, & afflictione eſſe fatetur. A licitis etiã ſe cohibet ſenſibilis deuotionis ſubtractionem equanimiter ferens & deum humilitate Vin- cens ac patientia. Sic Chriſti ſanguinem non euacuat, ad eum imitandum in dies magis ex citatur, cœleſtes illos ciues lætificat, in vacu- um dei gratiam non recipit, & eius non abuti- tur clementia, vt plures hodie faciunt qui irri- ſores potius Chriſti ſunt q̃ pœnitentes, dum ad tempus credunt & in tempore tentationis rece dunt, dum deum qui eos genuit pro momenta nea delectatione derelinquunt & obliuiſcũtur dei creatoris ſui. Hi audiant Aug. dicentem. Hac animaduerſione percutitur peccator, vt moriens obliuiſcatur ſui qui dum viueret obli tus eſt dei. Sic inquam verus pœnitens paula- tim à demonum ſe manibus eripit, muros in ſeipſo Hierico diruit, ex filio iræ terreſtris an- gelus & dei filius efficitur, ſic diaboli euadit la queos, irridet inſidias, recuperat quod amiſit, & quod nõ erat eſſe incipit deſinens eſſe quod fuit. Cum ab aliquo impugnatur vitio, ſtãt ſu per ſui cuſtodiam, Irruit in hoſtes, nemini par cit, eorum nullum intrare permittit, dũ vellet irrumpere, ſed humiliter clamat ad dominum dum tribulatur & intus animæ potentias ad ar ma capeſcenda excitat. Alta fugit & amat po tius neſciri ac pro nihilo reputari q̃ vt quis eũ amore vel honore, aut laudibus proſequatur.

2.Cor.6.

Deut.33

Aug.

Pſal.100.

Libenter portat iram domini ex quo tam multipliciter peccauit ei. Viriliter agit in ſpirituali certamine. Se in omnibus deficere conſpicit. Suam non attendit iniuriam & de illa ſibi illata nunquam conqueritur. Dei reueretur iuditia eius ſe conformem reddens voluntati & lachrimis maculas diluens conſcientiæ preterita mala deplangit & plangenda non iterat ſciens quòd inanis eſt pœnitentia,
Aug. quam ſequens coinquinat culpa, proprios ſenſus reprimit puniens in ſe quadam laudabili animi vindicta quod doluit comiſiſſe.

Demonum, mundi, carnis aut naturalium paſſionum aditum non præſtat ſuggeſtionibus.
Gre. Seipſum diu noctu quæ abnegat & relinquit, quia teſte Grego. niſi quis prius à ſe ipſo deficiat, ad deum, qui ſuper ipſum eſt nunquam appropinquare poterit. Nec valet apprehendere quod vltra ipſum eſt, ſi neſcierit mactare quod eſt. Relinquere nos met ipſos debemus quales peccando nos fecimus, & manere quales per gratiam facti ſumus. Vnde ex ſuperbo factus humilis relinquit ſe ipſum. Sic patiens ex iracundo, ex triſti hilaris, & ex immundo caſtus. Verus amator pœnitentiæ compunctus in amorem dei inardeſcit, ſeque in magnis exercet virtutibus & quia creatorem ſuum nimium ſe offendiſſe conſpicit, damna præcedentia lucris ſequentibus recompenſat. Caſtis lachrimis ſe cõtinue balneat, ardua propter Chriſtum aggredi non dubitat & omnes interiores motus rationi ſubigit, omnia carnis deſideria ſpiritus virtute reprimit, proprias

abiicit volũtates, & peccatorum cauſas excidit poſt integram confeſſionem, ſine qua iuſtus (ſi eam negligit) iudicatur ingratus & peccator mortuus reputatur. Confeſſio eſt igitur peccatoris vita et iuſti gloria. Studet verus pœnitens in ſui cognitione & victoria, omnia pati pro nomine Ieſu, qui talem pro nobis ſuſtinuit crucem, vitia hoſtili inuectione perſequi & ſi qua in corde adhuc male geſta lateant, diligenter inueſtigare, ne dum homo culpas ſuas penſare negligit, peccati pondus per negligentiam augeat, quia qui reatum ſuum ſecuri neſciunt, hunc in ſe contra ſe erecti deprehendunt & quod torpentes ſæpe latuit, diligentibus innoteſcit. Verus poenitens propter peccata ſua omnes tribulationes libenter patitur. Sciens quod nullum peccatum erit impunitum & quod deus non punit bis in idipſum. Aut ergo hoc in ſe puniens homo perſequetur, aut deus illud poſtmodum diſtricto examine vlciſcetur. Hinc ſciendum eſt, quòd vero poenitenti quælibet Crux conſolationem affert, ſapiunt opprobria, dulces ſunt irriſiones, ſuaues perſecutiones, & iocundæ contumeliæ. Nil videtur ei arduum, nil difficile, nil impoſſibile aut ſine diſcretione impoſitum. Deum diligit propter ipſum & ſine modo. Dum bene operatur, terminos neſcit ac menſuram. Et quælibet peccata ita euitare nititur, quòd ne minimum quidem negligit. Et ad omnia aduerſa ſuſtinenda ſe preparat. Vitam in melius commutando in illo ſperat, qui licet peccando nos ab eo Ber.

auertamur & à nobis ipſe per iuſtitiam auerta tur, tamen per miſericordiam ad nos conuer- ti non dedignatur, ſi ad eum conuertimur hu
Eſai. 18. militate. Ait.n.Apud Eſaiam. Si impius ege rit pœnitentiá ab omnibus peccatis ſuis & fece rit iuditium & iuſtitiam vita viuet & nó morie tur. O bone Ieſu quam magna eſt miſericor- dia tua. Non enim tantū à conuerſis non auer teris,ſed etiam auerſos, vt conuertantur pater- ne hortaris. O fratres ecce patet ſinus nobis diuinæ clementiæ. Non ne inſipiens ergo eſt, qui dei bonitatem à ſe vult excludere? Qui vo cationem dei audire diſſimulat? qui tam diu ex pectatus non reſcipiſcit?.qui nunq̄,ac ſi immor talis eſſet, ſe cogitat moriturum qui reuertens ad dominum inimici rugientis ſeuitiam non ſu perat?.qui non exaudit vocem incantãtis ſapiē ter? Et qui ex memoria ſcelerū ſuorum totus
Luc. 16. non tremore concutitur?Verus pœnitens cum filio prodigo ſeipſo humiliter cognito confidē ter ad ſuum cœleſtem patrem reuertitur,ac di- ſcuſſis actibus ſuis vnde exciderit meminit (grã dis.n. eſt dignitas Chriſtiani, ſed maior ruina
Hiero. ſi peccát) vt eo magis moueatur ad pœnitẽtiá. Quod non facit qui regno dei terram prefert
Matt. 16. & ſeipſum Chriſto. Hinc non vult perdere ani
&.22. mam ſuam,vt illam in vitam æternã cuſtodiat. Hic vocatus ad cęleſtes nuptias illis ſe indignū exhibet,impudenter antiqui ſerpentis volunta tẽ perficit & ſuis carnalibus deſideriis Chriſto iniurias inferre non deſinit. Illum diem verus pœnitens ſe perdidiſſe nouit, in quo propria non defleuit crimina,diabolo in multis non re

ſtitit, virtutes non exercuit, & aliqua pro Chri-
ſti nomine non ſuſtinuit.Ipſum tenet in memo
ria, portat in conſcientia,glorificat in corde,
purgato intelligit intellectu, toto amat affectu
hoſpitatur in mente & vbiq; vt ſibi preſentem
veneratur. O fœlicem animam,quæ veram in Sap.24.
ſe profitetur pœnitẽtiã,quia dicere poteſt.Qui
Creauit me requieuit ĩ tabernaculo meo.ſ.cor
dis. Hunc recolo per fidem meum creatorem,
adoro redemptorem, & expecto ſaluatorem.
Hunc in omnibus creaturis video & habeo in
me ipſa. O Anima inſignita dei imagine, de-
corata ſimilitudine, redempta Chriſti ſangui-
ne, deputanda cum angelis & particeps ratio-
nis agnoſce dignitatem tuam & non vileſcas.
Carnem deprimas ne gloriam tuam euacuet.
Te agnoſcens oneratam peccatis, irretitam vi
tiis,variis illuſionibus pollutã, paſſionibus oc
cupatam & ad malum pronam in dei te hu-
milies conſpectu, ne quando demon rapiat &
non ſit qui eripiat. Verus pœnitens habet Pſal.49.
mirabile veritatis lumen, ſingularem volũtatis
rectitudinem,& veram deuotionis pinguedinẽ;
de qua Dauid.Sicut adipe & pinguedine replea Pſal.62.
tur anima mea. Conſiderat vim pœnitẽtiæ (nã
in homine reſtaurat omnia) ꝙ poſt mortem
non eſt veræ locus penitentiæ, quanta eſt con
tra impenitentẽ diuinæ iuſtitiæ ſeueritas, exem
plum ſaluatoris noſtri, quo vult nos eius ſe-
qui veſtigia teſte Petro & quantũ ſit periculum 1.Pet.11.
moræ & dilationis,ſi homo tardat conuerti ad
dominum. In penitẽtiæ piſcina oues eius.i.
cogitationes, opera,locutiones,& affectus puri

ſicantur pluuiali aqua lachrimarum. Verus
poenitens dolet ſine intermiſſione de peccatis
preteritis & laborat ſanctis lachrimis & oratio-
nibus pro futuris cauendis. Diuino amore lan
guet, eſt benignus erga proximum & ſui diligẽs
cuſtos. Se inſufficientem ad ſui cuſtodiam eſſe
conſpiciens ad beatorum interceſſiones confu
Iob. 19. gere non deſinit & voce ardentis deſiderii cla-
mat. Miſeremini mei miſeremini mei ſaltim
vos amici mei. Ponit Ieſum Chriſtum Cruci-
fixũ ſuper cor ſuum ſicut ſignaculum & hoſtia-
rium & tunc propter eius reuerentiam ac ange
lorum cuſtodiã demones illud non audent irrũ
pere. Eſt ſui curioſus explorator, propriamq;
conſcientiam quottidiana examinat diſcuſſio-
ne. Attendit ſibi diligenter cogitans q̃tum in
via dei proficiat vel deficiat. Reddit ſe ſibi, &
tempus redimit. In dies maiorem ſui cognitio
nem conſequi conatur, ſuos perfectius regit
affectus, dirigit actus, corrigit greſſus & ſe ip
ſum totum ante propriæ mentis oculos poſitũ
deplorat. Currit ad Chriſtum vt ab ipſa æter
Pſal. 106. na damnatione reuocatus (Nam omnem eſcã
abhominata iam erat anima eius & ſuis pecca
tis appropinquauerat portis mortis) deſideriis
& caſtis ſuſpiriis & vt ab eo expectatus & ange
lis. Vbicunq; eſt ſemper orat in cordis orato
rio & deum preſentem habet in memoria. Ac
omne tempus in quo de deo vel propter deum
non cogitat ſe perdidiſſe reputat, quoniã nul
lum eſt tpis momentum, in quo homo illius
bonitate non fruatur, facit omnia vt filius dei,
quo eo dignus efficiatur qui ipſum dignatus
eſt

eſt filium vocare? Nam ſumus filii excelſi omnes. Hinc omnes nos Chriſtiani dicimus. Pater noſter qui es in cœlis &c. Sciens ſe vbiq; eſſe ante oculos cuncta cernentis ei ſoli inhęrere nititur à quo peccando receſit. Non audet fungi officio docentis ſed plangentis. Vrbs ei carcer eſt & ſolitudo terreſtris paradiſus, quia in ſilentio & ſpe eſt fortitudo noſtra. Suam interiorē domum iugiter reparare conatur deo ſe ex toto ſubiiciens fideliter q; militans pro illius nomine. Domus autem illius interior eſt propria conſcientia, quę prius mūdatur lachrimis & pœnitentia. Sæpe confitetur peccata ſua, quia vera cōfeſſione peccator iuſtus eſſe incipit, veniā meretur & deo reconciliatur. Et ſe totum colligit in ſinum diuinæ miſericordiæ, quæ modo delet peccatum, modo peccatricem animam recipit, q̄uis cum multis fornicata ſit amatoribus, modo dat ei virtutem reſiſtendi, modo peccandi occaſionem ſubtrahit, modo preteritorum ſcelerum immittit amaritudinē, & modo inordinatos ſanat affectus vigore gratiæ, quæ adiuuat ad bonum, defendit contra malum & hominem ad vtrunq; erudit diſcernēdum. Homo igitur in veritate humiliatus peccata ſua confitetur proprio ſacerdoti iuxta ritum eccleſiæ, deus autem per miſericordiam flexus confitenti miſeretur & ſua gratia illum ad viriliter certandū corroborat. O ineffabilem dei clementiā ipſius oblitos de ſe admonet, aduerſos à ſe reuocat, veniētes ad ſe benigne ſuſcipit, penitentibus indulget, perſeuerātes cuſtodit, ſtantes tenet, lapſos erigit, in periculis

Pſal. 81.

Ber.

conſtitutos clementer eripit & omnes quo ad volũtatem ſuam antecedentẽ ſaluos vult (qui⸗cunq; tamen ſalui fieri volunt)quia qui fecit te ſine te efficientẽ nõ ſaluabit te ſine cõſentiẽte.

Aug. Remiſſas ergo manus erigamus, Chriſtum imi tari ſtudeamus & per bona opera noſtram cer tam faciamus vocationem. Quod non faciunt hodie carnis libertatem inſinuantes vt ſuis om nibus ſatisfaciant concupiſcentiis ac ſi poſſibi le eſſet præſentibus pariter & futuris frui deli ciis. Hi falſo ſibi blandiuntur de Chriſti ſan guine & in eo applaudunt,cuius mandata non faciunt, more pecudum vitam ducunt, eorum deus venter eſt & gloria in confuſione. O pe ſtiferam demonum adinuentionem. O exitiale animarum poculum. O deteſtabilem quorun dam impudentium hominum doctrinam, qua complures in his infœliciſſimis temporibus in fectos in multis etiam Italiæ partibus eſſe con ſpicimus. Hi verã excludũt pñiam & ipſi meri tò à regno cœlorum excludentur, vt operarii iniquitatis. Hi mendacem q̃tum in ipſis eſt, Chriſtum æternæ veritatis filium conſtituunt. Sacram euchariſtiam ac confeſſionem frequen tantes derident, ſacras ſcripturas ad libitum exponunt, ſimplices in diaboli laqueos de⸗trudere conantur obſequium arbitrãtes ſe pre ſtare deo. Se ipſos amant & querunt non que Ieſu Chriſti & euaneſcunt in cogitationibus ſuis. Hos igitur euitare ſumma in nobis erit

Pſal.76. ſapientia. Renuit hic conſolari anima veri pœnitentis. Amat neſciri & pro nihilo reputa ri. Non oſtendit quid ſit (licet diuitiis ſcien⸗

tiis variiſq; virtutibus fulgeat) non oſtendit quid noſcat. Si laudibus extollitur, non tamen extollit in altum cornu ſuum, ſed illas in deum reflectit dicens cum propheta. Domine non exaltatum cor meũ neq; elati ſunt oculi mei. Si deſpicitur gratias agit altiſſimo. Si ei ſeruitur, ſe omni indignum conſpicit obſequio, ſi deſeruitur iubilat. Si diuitiæ ei affluunt cor non apponit, & ſi pauper eſt gaudet in domino. Verus pœnitens habet cor rectum, vt deo per omnia placeat, paratũ in omnibus illius ſequi voluntatem, à terris eleuatũ cœleſtium deſiderio, purum, vt nil mali in ſe morari patiatur, dulce propter ſpiritus ſuauitatem, inflãmatum diuini amoris incendio, rectum rectitudine intentionis, excluſione omnis peruerſę cogitationis & aſſiduitate contemplationis, ita caſtum & mundum, ꝙ cum Apoſtolo decantare poteſt. Conuerſatio noſtra in cœlis eſt & cum propheta. Cor meũ & caro mea exultauerunt in deum viuum, ꝙ inquam rectitudini dei pro viribus collineatur. Fulget verus pœnitens ſui deſpectu, mundi contemptu & dei proximiq; dilectione. Non minus cogitationum q̃ actionum peccata deplorat, carnis ſe capi non permittit illecebris, non frangitur moleſtiis, nec vlla aduerſitate concutitur. In ſui iugiter ſe exercet cognitione ſciens fruſtra illum oculos cordis erigere ad videndum deũ, qui nondum idoneus eſt videre ſe ipſum. Mundet ergo ſpiritum ſuũ. Tergat ſpeculum conſcientiæ & cor ſuũ expurgare ſtudeat quiſquis ſitit videre deum ſuum. Quia ille munditiæ

Pſal. 74. & 130. & 61.

Phil. 2. Pſal. 83.

amator cor pollutum habitare non poteſt. Ad leges rationis ordinat totam familiam motuum interioris & exterioris hominis, virtutibus inſurgentem vitiorum aciem fugat, diſperſiones cordis congregat, de profundo fluctuum emergit ad portum, illum ſequitur qui eſt lux mundi, ne ambulet in tenebris. De
Ioan.8. morte tranſit ad vitam, & de miſera ſeruitute in foelicem libertatem reſpirat. Viuit non peccato ſed iuſtitiæ, non ſæculo ſed Chriſto, non ſibi ſed deo. Cum timore & tremore ſalutem ſuam operatur. Demonum ſiquidem verus pœnitens pane noſtro quottidiano ſacræ pœnitentiæ refectus inſidias metuit, hoſtium timet incurſus, predonum impetum perhorreſcit. Ideo beatus eſt, quia ſemper eſt pauidus, & ſemper eſt pauidus, quia nouit quòd inter inimicos graditur ſemper ad nocendum paratos, qui non grauantur carne, nullis occupantur curis, expoliant incautos, inermes ſauciant, incipientes ſepe mactāt & perdunt: proficientes quandoque captiuos detinēt & perfectos acrius impugnant & eos ad mortem grauioribus tentationum aculeis extinguere conantur: Hæ infernales beſtiæ menti noxias & inutiles cogitationes inſerunt, vana terrenaque adhibent deſideria: virtutum figmenta depingunt, & multos ſub ouina pelle decipiunt. Horum nequitiam nullus poteſt reprimere niſi illius fuerit fretus auxilio qui ſic manet in nobis quòd pugnat pro nobis.

Duplex eſt poenitentia, ſcilicet dei & homi-
22.4.4. nis.22.4.4. Incommutabilis. Pœnitere quo

ad nos eſt quaſi ſemper pœnam tenere, qua homo ſecundum Aug. ſemper punit in ſe vlciſcendo quod commiſit peccando. Ideo quiſque ſe peccaſſe ſemper doleat & de dolore gaudeat, non ſemper doluiſſe doleat & dolorem cum vita finiat. Proprium poenitentis eſt ſic aliqua vitia deflere vt reliqua non committat. Quid enim prodeſt teſte Gre. Si peccata luxuriȩ quis deploret & tamen adhuc æſtibus auaritiæ anhelat? Nemo deſperet de venia ait Hieronimus. Errauimus Iuuenes emendemus ſaltim ſenes. Iungamus lachrimas et gemitus copulemus. Si peccaſti (inquit Ambro.) peccata tua redimas. Non venalis eſt dominus, ſed tu ipſe venalis es. Peccatis enim tuis venundatus es, ideo redime te operibus tuis. Alia eſt pœnitentia incipientium, ſicut & charitas, alia proficientium & alia perfectorum. de peni. diſt. 3. §. Hac auctoritate. c. Quamuis caute. Ante poenitentiam peccatori non datur venia. diſt. l. Quia ſanctitas tua requiſiuit. Memor ergo ſit quilibet peccator vnde exciderit, agat pñiam & prima opera faciat. Sed pñia alia vera alia autem falſa. De peni. diſt. 3. duobus ca. Inter hæc ſeq. & ſicut pœnitentia vera veniam promeretur, ita falſa deum irritat. Illa omne peccatum delet, merita per culpam ſordidata reddit deo accepta & hominem facit ſurgere ad opera fortiora. Iſta ita inanis eſt ꝙ à deo nunq̃ veniam obtinet. Deus lento gradu procedens et eius ſitiens ſalutem peccatore expectat ad pœnitentiam, ſed ſi non conuertitur, tarditatem ſupplicii grauitate compenſat. Tanta eſt noſtri

Aug. Grego. Hiero. Ambro. De peni. diſt. 3. Apoc. 11.

coeleſtis patris (à quo petimus panem noſtrum quottidianum veræ penitentiæ dari nobis hodie) clementia ꝙ nūq̄ teſte Chriſo. ſpernit alicuius pœnitentiam & ſi ad ſummum malorum peruenerit, videat id qui vult de pen. di. 3. cap. Talis. Nec aliqua pœnitentia, quamuis parua ſit, ſua caret mercede. Dubia tamen eſt pœnitentia ad vltimū vitæ dilata. Tunc teſte Aug. Sacerdos abſolutionem dare poteſt, ſecuritatē dare non poteſt. Nunquid dico damnabitur? ſed nec dico liberabitur. Qui vult ergo à dubio liberari & quod incertū eſt euadere, Agat pœnitentiam, dum ſanus eſt, Arbitrii querat libertatem, vt delere poſſit commiſſa, nō neceſſitatem. Non expectet quando peccare non poteſt quia tūc potius ipſe à peccatis relinquitur. Tante excellentiæ eſt pœnitentia, ꝙ ſecundum Ambro. facilius eſt inuenire qui recte ſeruauerit innocentiam q̄ qui congrue egerit pœnitentiam. Tanta eſt vis veræ pœnitentiæ ꝙ ſtatim cum admittitur à nr̄a libera voluntate & cor ingreditur, homo deſinit eſſe peccator, à demonū manibus eripitur & verſus ſalutis portum vento flante diuinæ gratiæ nauis eius dirigitur. Quærat pœnitens ſacerdotē ſcientem & ſoluere & ligare. Sciat quòd aggrauat ordo, locus peccata, ſcientia, tempus. Etas, conditio, mora, motus, copia, ſtatus & languentis animæ vulnera perfecte detegat (ſi operam medicantis expectat) cū propoſito nouitatis. Verus pœnitens ſeipſum prius ſibi incognitum recognoſcit, perditum inuenit, creatori reddit & à ſe ipſo exercitum profligat vitiorum. O Amabi

Chriſo.

Aug.

Ambro.

Aug.

lem pœnitentiam. Tua eſt potentia. Tuum eſt regnum. Tu homines ędificas, angelos læti ficas & deum vincis inuincibilem. Beati qui te diligunt, qui te elucidant, qui te audiunt & qui vigilant ad poſtes hoſtii tui. Qui te inueniunt, inueniunt vitam & hauriunt ſalutem à domino. Te parit fides, nutrit amor ac odiũ ſui, comitatur humilitas, fouet obedientia, condit hilaritas, conſeruat ſpes ac patientia & perficit iugis Chriſti memoria. Sine te non eſt ſalus adulto, ei non datur indulgentia, euacuatur in eo redemptionis pretium, & anima illius captiua fit demonum. Quantum poſſis neſciũt qui nõ ſperant de venia. Te nimium ledunt, qui nimium confidentes de dei miſericordia audacter peccare non deſinunt. Errat qui ſine te expectat remiſſionem, cœlum credit ingredi, & demonum manus ſperat euadere. Ideo quilibet peccator volens ſibi conſulere ad te confugiat, tuam querat legationem, tuis ſe muniat armis, tuum requirat pręſidium, tua reuertatur ad Caſtra, in tuum ſe recipiat portum, & tuis ſe credat manibus. Tu.n.cum conciliabis altiſſimo, proteges & ab infernalis lupi faucibus eripies. Vera poenitentia non eſt cum aliquem poenitet peccaſſe propter preſentia aut futura ſupplicia aut ſolum intuitu præmii ac ſui. Hæc nãq; poenitentia non ex fide procedit, non eſt charitate munita, ſterilis manet & ſine miſericordia. Hęc non purgat conſcientiam, nec illuſtrat mentem, nec ſanat crimina. In hac nulla fit ſpes veniæ, nulla expectatio indulgentiæ. Qui in tali confidit poenitentia Sap.8.

deceptus & miſer miſerabiliter peribit. Sic qui aliqua ſibi reſeruat, in quibus delectetur: quia impium eſt ab illo (de quo Dauid. Iuſtus es domine & rectum iuditium tuum) dimidiam ſperare veniam. Sic qui verecūdia victus ſuam
Aug. diuidit confeſſionem. Qui aūt libenter erubeſcit pro Chriſto fit dignus miſericordia. Vnde q̄to pluribus quis confitebitur huius ſanctæ cōfuſionis amator in ſpe venię turpitudinem criminis tanto facilius conſequetur veniā remiſſionis. Sic qui diuiſus eſt ab eccleſiæ vnitate, vel ad diuiſos ſcienter euolat, vt confiteatur. Hinc Iudas iuit ad diuiſos & diuiſus periit. Nihil inuenit auxilii ſed in deſperationis augmentum incidit. Sic qui non ſemper dolet ſaltim habitu ſe peccaſſe. Vbi.n.dolor finitur, deficit poenitentia. Vt ſit vera poenitentia non ſolum quis non amplius peccet, ſed nec peccandi voluntatem habeat. Id autem in anima eſſe non poteſt niſi dolor continue in corde poenitentiæ cuſtodiatur. Verus poenitens non ſolum doluit, quia peccauit ſed etiam quia ſe virtute priuauit. Licet.n. ſperet veniam ſe conſecuturum dolere tamen poteſt, quia non meruit vnde remunerari confidat. Defiet etiam quia in vno offendens factus eſt omnium reus, ꝙ alienā vitā corrupit, propter triſtitiam, quā bonis in-
Iaco.2. tulit & gaudium, quo eos priuauit & angelos. Verus poenitens omnia paratus eſt pati. Siquidem quid non debet facere immortalis futurus, ſi omnia faceret pro differenda morte moriturus? Semper deprecetur poenitens deum certus de venia, qui omnibus modis & ſi

ne tedio dubius terrenam rogaret poteſtatem. Verus poenites abſtinet à multis licitis, ex quo in libertate arbitrii cōmiſit illicita. Omnia ex- teriora obliuiſcitur,& ſola bona interiora ap- petit. Nonminus ſe ipſum deo in elimoſinā do nat q̃ temporalia, à peccatorum occaſionibus aliiſque ſæculi vanitatibus ſe cohibet & ſuam aggrauat culpam, quod multi non faciunt qui ſe excuſant peccata ſua in alios transferentes. Vnde aliqui impudenter ea deo etiam præſu munt aſcribere, ac ſi eos impuliſſet ad malum. Sed grauiter errant. Non enim ordinauit pec catum qui nullum relinquit impunitum, qui illud voluit per turpiſſimam filii mortem dilue re, qui cōſpexit cuncta quę fecerat & erāt valde bona. Sine ipſo ergo factum eſt nihil, i. pec catum. Permiſit autem deus libertati quod peccator donauit neceſſitati. Ille ſemper no bis adeſt ſua gratia, niſi à noſtra expellatur ma litia. Quid potuit facere quod non fecerit, vt nobis ſubueniret? Proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit il- lum & cum eo donauit nobis & omnia, cui- libet noſtrum ad eius cuſtodiam angelum de- legauit, ſanctos pro nobis vult intercedere, noſtras penitus præces non reſpuit, ſalutife- ras inſpirationes mira inſerit pietate, nos ratio ne decorauit, cuius dictamine duceremur, con ſcientiam adhibuit, quæ nos à malo retrahe- ret, ſyndereſim dedit, quæ nos adhortaretur ad bonum. Appoſuit nobis aquam & ignem vt ad quæcunq; homo voluerit extendat manum & hac nos dignitate ornauit vt ſi volumus filii

Ioan. 1.

Rom 8.

Eccl. 15.

Ioan.1. dei nominemur & ſimus. Si liberi nō eſſemus (vt quidam delirantes aſſerunt) iniuſtus videretur deus nos puniendo, & fideles quid haberent vnde vigore diuinę conuentionis meritò coronarentur? Angeli quoq; qui perſtiterunt, ſi liberi non fuiſſent, vnde eos deus coronare debuiſſet? Taceant ergo excuſantes excuſationes in peccatis. Taceant etiam qui poſt multa crimina ne verbum quidem ferre volũt ſcientes ꝙ ſaltim in purgatorii igne antequam euolent torquendi ſunt, qui licet æternus non

Aug. ſit miro tamen modo cruciat⁹. Crucem ergo propriam nullus impatientię manibus abiiciat, quia non parum vtilitatis affert, & tribulationes perhorreſcat, quia nos ad deum ire compellunt. Verus pœnitens creatorem ſuum remotis à mentalibus oculis carnis ſquamis ſtudet agnoſcere, mortificat membra ſua, quæ ſunt ſuper terram, vt eum viuificet auctor vitæ, & tempore procelloſæ tẽpeſtatis ad diuinam cõfugit clementiam, quæ hoſtibus noſtris vires nocendi adimit, cum aduerſus tentatoris laqueos ſcutum ſuæ protectionis opponit, & tũc ille confuſus abſcedit, cum ſe ad præualendũ agnoſcit impotentem. O quam inſipiens eſt qui tali ac tanta abutitur pietate, qui ſuæ renunciat ſaluti ex negligẽtia & qui cognita imbecillitate ſua ad tam potentiſſimum piumq; patrem non accurrit & pœnitentiam non amplectitur, vt demones infernales canes fures & hoſtes abigat, terreat & proſternat vera cordis contritione, integra oris confeſſione & perfecta operis ſatisfatione. Vera.n.pœnitentia ſe

cundum Bonauenturam eſt ſicut aqua contra Bona.
canes calida in contritione ſicut vicinorum cla
mor contra fures in confeſſione, & ſicut armo
rum copia contra hoſtes in ſatisfactione. Pro
prium veri pœnitentis eſt diabolum fugere,
Chriſtum ſequi, mundum ſpernere & cœlum
appetere. Veritatis hic lumine illuſtratur, mul
tis fulget virtutibus & Chriſtianis moribus ve
nuſtatur. Vera tunc in anima eſt pœnitentia,
cum contritio eſt cordialis non ſuperficialis,
integra non diminuta, ordinata non confuſa,
de propriis culpis non alienis, vera non ficta, &
lachrimoſa non delicioſa. Cum confeſſio eſt
feſtina, humilis ac verecunda, nuda, cum reali
emendationis propoſito, feruens, fidelis, & con
feſſori parere parata. Et cum in ſatisfactione
ſunt abſtinentia à peccato, reſtitutio rei alienę,
cinis humilitatis, cilitium perfectę ſui mortifica
tionis, afflictiuum ieiunium, hilaris elimoſina &
deuota oratio. Verus pœnitens ſuſpenſum
pro ſe Chriſtum propter nimiam ſuam charita
tem iugiter intuetur. Cauet à fermento hære
ticorum, carnalium & tepidorũ, facit fructus
dignos poenitentię & ambulat digne deo ipſi
in omnibus placere cupiens. A verbis impio-
rum non timet, fundatus.n. eſt ſuper firma pe-
tram Crucis, quę hominem cum aduenit deſter
core erigit negligentiæ, non vult vniri in corde
alicuius creaturæ nec ab aliquo aliquid repu-
tari & bene agere ac male pati non deſinit ſci
ens ꝙ recuſat eſſe in corpore, qui mala nõ vult
ſuſtinere cũ capite, ꝙ per multas tribulationes Aug.
oportet nos introire in regnum dei, ꝙ non

Rom.8. ſunt condignę paſſiones huius temporis ad fu
Hebr.10. turam gloriam : quæ reuelabitur in nobis,
&.12. quòd ſi compatimur & conregnabimus, quòd
patientia nobis neceſſaria eſt, vt voluntatem
dei facientes reportemus promiſſionem, quòd
quem diligit dominus caſtigat & flagellat om
nem filium : quem recipit, & quòd non coro
nabitur niſi qui legitime certauerit, & quòd
Luc.24. oportuit & Chriſtum pati & ita intrare in glo
1.Pet.2. riam ſuam. Hinc Petrus ait. Chriſtus paſſus
eſt pro nobis vobis relinquens exemplum, vt
ſequamini veſtigia eius. Et Paulus. Omnes
qui pie volunt viuere in Chriſto perſecutio
2.Tim.2. nem patiuntur. Verus poenitens ſolet quic
quid boni habet deo aſcribere, corpus diſcre-
te mortificare, ne contra ſpiritum inſurgat.
Deum præ omnibus diligere, omnibus præ-
ſertim bonis ſubeſſe, & ad dominum confi-
denter accedere ſciens quòd tam clementer ve-
nit vocare peccatores & quòd deſcendit de ſi-
nu patris propter eos & homo factus eſt.
Verus poenitens ad pedes domini ſe proſter-
nit. Ibi proiicit à ſe onera peccatorum, af-
fert munera obſecrationum, ſupponit lachri-
mas, feſtinat lætificare coeleſtes exercitus an-
gelorum in ſua vera conuerſione & tollit iu-
gum domini, qui antequam ad eum accedat
iam contritus peccator, aperit: Theſaurum
miſerationum ſuarum anteq̃ effundat lachri-
mas, miſericordiam ſuam ac gratiam effundit
ſuper eum, prius quàm exoret ei reconcilia-
tur: qui inquam non improperat ad ſe venien
ti. Sed in eo tantum querit humilitatem, ge-

mitus & lachrimas, propoſitum veræ emenda tionis & realem ſuorum delictorum cognitio nem. O infelicem illum e conuerſo, qui tam piiſſimum patrem, tam dulcem domi num, Tam benignum ducem, tam amabilem redemptorem, malitiæ immemorem, miſericor dem, longanimen & liberalem ſpernere non erubeſcit, qui de propria ſalute non eſt ſolici tus, cuius mens in præſentibus fixa bonis ia cet, iam demonum faucibus deuoranda & in denſiſſimis inferni tenebris inuoluenda, qui hic non curat fructuoſis lachrimis ſua ſanari vulnera & qui ſuæ in omnibus deſeruit carni, ac voluntati. Veram ergo agamus poeniten tiam, ad quam nos hortatur Chriſtus verbo & exemplo, ſcripturę ſacrę vox: prædicatorum, propriæ conſcientiæ & angelorum, qui ad no ſtram delegati ſunt cuſtodiam. Derelinquat impius viã ſuã & vir iniquus cogitationes ſuas & reuertatur ad dñm & miſerabitur eius. Noua tiani aſſerũt, ꝙ qui ſemel poſt baptiſmũ morta liter peccauit remisſionem amplius cõſequi nõ poteſt, licet eũ peniteat. Si ita res ſe haberet, de us videretur vel non poſſe vel nolle remittere. Si nõ poſſet, non eſſet omnipotẽs & ſi nollet nõ videretur ſumma bonitas & clementia. Ad hæc ſi ſic eſſet tot Sancti ad eum tam confiden ter pro ſuorum peccatorum indulgentia non confugiſſent. Non dixiſſet ſapiens. Deus diſ ſimulat peccata hominum propter poeniten tiam. i. nõ punit cum posſit, ſua (vt ait Apoſto lus) mirabili patientia nos expectãs ad poenitẽ tiã. Nõ dixiſſet ipſe dominus. Nolo mortẽ pec

Eſa. 55.

Sap. 11.

Rom. 2.

Eze. 18.

catoris ſed magis vt conuertatur & viuat. Non
Eccl. 21. legeretur Eccli. 21. fili peccaſti, ne addicias ite-
rum & de peccatis preteritis deprecare domi-
Luc. 15. num, vt tibi dimittantur. Nõ obtineret locum
& 10. parabola de filio prodigo, quem pater ample-
xus ſuſcepit, ouis perditę & illius qui incidit in
latrones, à quibus ſemiuiuus relictus eſt, cuius
talem curam Samaritanus egit. Non ſcriptum
Eze. 18. eſſet. Si impius egerit poenitentiam ab omni
bus peccatis ſuis, quæ operatus eſt, vita viuet
& non morietur & omnium iniquitatum eius
Luc. 5. non recordabor. Non dixiſſet dominus. Nõ
egent ſani medico ſed qui male habent. Non
veni vocare iuſtos ſed peccatores ad poeniten-
Matt. 4. tiam Agite poenitentiam, quia appropin-
quauit in vos regnum dei. In quacunq; hora
ingemuerit peccator &c. Non dixiſſet Dauid.
Pſal. 102. Benedic anima mea domino: qui propitiatur
omnibus iniquitatibus tuis: & qui ſanat om-
nes infirmitates tuas. Contra horum ignoran-
Chriſo. tiam eſt Chriſoſtomus inter alios ſacros docto
res in tractatu de reparatione lapſi. Cyprianus
Cypria. de lapſis & Ambroſius libro primo de poenitẽ
tia. Dicunt aliqui moderni hæretici poenitẽ
tiam nil aliud eſſe quam vitæ nouitatem. Sed
Ambro. nos catholici volumus eam cõſiſtere in lachri
mabili contritione, in integra confeſsione, & in
perfecta ſatisfactione, quæ tres poenitentiæ
partes præſupponunt & includunt ipſam vitæ
nouitatem. Sed quoniam Maria Magdalena
fuit ſpeculum poenitentię ſuo exẽplo eius pa
trocinia humiliter inuocando terrenam depo
namus vitã noſtram, quã hactenus duximus &

pro noſtris excesſibus omnia quæcũq; nobis oc currunt aduerſa æquanimiter patiamur. Erigamus mentem ad coeleſtia & cõfugiamus ad dominum eum rogantes vt ipſe nos tueri ac regere dignetur Pro ſui nominis gloria. Vere contriti veniam imploremus, cõfiteamur plenarie, ſatisfaciamus pro poſſe & cũ timore ac tremore poſt humilem poenitentiam ſalutem noſtrã operemur, per ſacra Chriſti veſtigia inceſſabiliter ambulemus. In ſanctitate ac iuſtitia domino feruenter ſeruiamus. Redeamus ad cor & frequenter ſecretum conſciẽtię noſtrę ingrediamur diligenter inſpicientes an aliqua dei offenſa in noſtris reſideat cordibus. Si torpori, iræ, curioſitati, aut inani gloriæ locum dedimus. Si linguæ incontinentes fuimus, vagi corde aut ſenſibus, diſcretionis in aliquo trãſgreſſores, vel ſi ſpirituali noſtro profectui defecimus. Si contra deum aut proximum culpabiles ſumus & quantum in via dei deficiamus vel proficiamus. Exui tunicam meam (ait verus poenitens, quomodo induar illam? Laui pedes meos quomodo inquinabo illos? Expoliaui veterem hominem cum actibus ſuis & indui nouum, qui renouatur in agnitionem dei. Iugiter proficit in amorẽ dei in ſe minuẽs amorem proprium. Vitam gratiæ à fonte vitæ trahit & ex illo ebibit aquam, quam qui biberit non ſitiet in æternum. A ſeipſo paulatim deficit pre amore Chriſti diu noctuq; clamans. Vulneratus ſum charitate, amore langueo. Et ita defluit, q̃ ſibi ipſi moritur in dilecto, & quia adhęret deo vnus ſpiritus fit cum eo. Fit tem

1.Pet.1.
Luc.1.
Cant.5.
Col.3.
Cant.8. & 2.

plum ſpiritus ſancti qui fuit ſpelunca latronũ, fit filius dei qui prius fuit filius iræ & vera Libertate donatur qui erat mancipium demonũ. Quid plura. Adeo diuino amore repletur ꝙ nil videt, nil vult, & nil amat præter deum. Sed ſequẽtem articulum breuiter proſequamur ad laudem dei ac proximi ædificationem.

Articulus ſeptimus.

Dimitte nobis debita noſtra ſicut & nos dimittimus. O pie lector noli pactum violare: quod dominus poſuit inter te & ipſum licet plures hodie omnia vellent ſibi dimitti & nil ipſi volunt dimittere, quia ne verbum quidẽ ſuſtinere ſolent. Ille recte ſui delicti veniam poſtulat, qui hoc prius quod contra ipſum comititur relaxat. Et qui non vult dimittere fratri ſuo, ſuorum defectuum non ſperet indulgentiã nec ſue orationis effectum. Si ergo, o, uiator ſine peccato eſſe non potes & vis ſemper tibi dimitti, ſemper dimitte & quantum vis tibi dimitti tantum dimitte. Quoties vis tibi dimitti toties dimitte & quia vis totũ tibi dimitti & tu totum dimitte. Dimitte inquam libenter, hilariter & velociter, quia qui nõ diligit manet in morte. Qui odit fratrem ſuum homicida eſt. ſ. ſui ipſius. Quia non potes obeſſe fratri, quin maius tibi damnum inferas. Quia quicquid patiẽter pateris cauſam tuam deo comitẽs tibi ædificat ad gloriam. Hinc ait Dauid. Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores. Ibi dicit gloſa. ſ. coronam æternam. Ideo

Luc. 6. Mar. 11.

Iniuriarũ Remiſſio.

1. Ioan. 3.

Pſal. 128. & 108.

ipſe

ipſe ſic tibi conſulit dicens. Maledicent illi & tu benedices. Et quia dimittens proximo te dei angelorumq; amicum conſtituis. Hinc ait Aug. Per amorem hominis inimici, dei amicus efficeris & ſapiens. Verbum dulce multiplicat amicos ſed ſunt aliqui adeo propriæ ſalutis immemores, ꝙ dimittunt ore ſed nō corde. Hi vltro ſe Chriſti, eccleſiæ, & ſuorum operum meritis expoliant. Inimicis debemus amorē, quia ad imaginē dei facti ſunt & odiū, quia ob culpam ſuam inimici ſunt dei. Hinc ait Aug. Aug.
Cum dico. Homo malus. duo dico. ſ. homo Eccl. 6.
& malus. Peccator ergo vt homo eſt diligēdus, vt aūt malus odio dignus eſt. Quia & altiſſimus teſte ſalomone odio habet peccatores. Inimi Aug.
cis debemus etiam cōpaſſionem, quia ſe æternę Eccl. 12.
addixerūnt pœnæ & beneficium, cum indigēt. Ideo ait Apoſtolus. Si eſurierit inimicus tuus ciba illum. Si ſitit potum da illi. Ex dilectio Rom. 12.
ne inimicorum Propter dñm prouenit peccatorū remiſſio & æterna remuneratio. Grādis qdē eſt labor diligere, qui te offendit in hoc ſęculo ſed maius eſt præmium in futuro. Attendis quid tibi fecerit homo & nō attendis quid tu feceris deo? Quare nō dimittis homini parū: vt deus tibi dimittat multū? Tanta ait Io. Chriſo. Chriſo.
differentia eſt peccatorum, quæ in deum committuntur & in hominem quanta eſt inter decē millia talentorum & centū denarios. Cur ergo ſerue nequam non dimittis conſeruo tuo, & ei Matt. 18.
non miſereris, ſi vis ꝙ dñs omne debitum tuū dimittat tibi? Cū quis tibi infert iniurias tace, Pro. 16.
quia cū defecerint ligna extinguetur ignis: Vel 15, & 20.

reſpondeas pacifice. Reſponſio.n. mollis fran-
git irã & ſermo durus ſuſcitat furorẽ. Secedas
aliò, quia honor eſt homini cum ſe ſeparat à
contentionibus. Et bonum pro malo redde-
re ſtudeas, vt vincas in bono malum. Sic car
Rom.12. bones ignis cõgeres ſuper Caput eius. Ignis in
quam Charitatis, qua inflamemur vel pœniten
tiæ, ad quam prouocetur Et quia inimici di-
ligendi ſunt ex animo, facto ſigno & Verbo.
Matt.5. Ideo dicit dominus. Diligite inimicos ve-
ſtros. Benefacite his: qui oderunt vos & ora
te pro perſequentibus & calumniantibus vos.
Non queras ergo vltionem (vt legitur in leui
Leuit.19. tico) nec memor eris iniuriæ. Cum graue ti-
bi videtur quod pateris, reſpice in faciem Chri
ſti tui. Cogita quid paſſus ſit in Crucis pati-
bulo qui nos inuitat ad præmium. Si tibi au
feruntur temporalia & ipſe penitus denudatus
ne gutam quidem aquæ à iudeis obtinuit. Si
contumeliis afficeris, conſidera quas pro te nõ
Mat.27. ſuſtinuerit iniurias. Inter cætera prætereũtes
blaſphemabant eum mouentes capita ſua &c.
Si te lęſum ſentis incorpore & ipſe à Planta pe
dum vſq; ad verticẽ vulneratus eſt propter ini-
quitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera no
ſtra. Ipſe tamen in Cruce poſitus (vt ſcribit
Aug. Aug.) & oprobriis ſaturatus ſuam non atten-
dit iniuriam: ſua non inſpicit vulnera ſed ip-
ſis potius compatitur à quibus patitur, mede-
tur à quibus vulneratur, & vitam procurat à
quibus occiditur. Et tu homuncule non vis
dimittere? Ipſe erat deus & nos puluis & vm-
Eſa.53. bra ſumus. Ipſe tamq̃ ouis ad occiſionem du

ctus eſt & quaſi agnus coram tondente obmu-
tuit, & tu pro minimis fraternam charitatem
violas, in contumelias prorumpis, & ſi non ſuffi
ciunt Verba deuenis ad arma? Vbi in te ſunt
Chriſtianitatis inſignia? vbi deſiderium patien
di? vbi humilitas? vbi odium tui? & vbi pecca
torum tuorum cognitio? Ille, cum inimici eſſe
mus, dilexit nos & tradidit ſemetipſum pro no Eph.5.
bis oblationem & hoſtiam domino in odorem
ſuauitatis. Et tu odio fratrem proſequeris,
vindictam expetis, & dimittere pro eius amo-
re reſpuis, cum talis præſertim dimiſſio in tuá
redundet vtilitatem, & ſalutem cedat? Dimit
tas ergo odium & indulge proximo tuo. Quia
id eſt miſericordia ſpiritualis, electionis indi-
tium & nobile interioris hominis martyrium.
Inimici tui ſitias ſalutem, eam lachrymis & ora
tionibus impetrare coneris, illius memoria
vel aſpectus tibi dulcis ſit in corde pro Chriſti
nomine, & fraternę correctionis ei potius cum
manſuetudine beneficium conferas; quam
hodie plures parui pendunt, quia ob amoris Correctio
Proprii tenebras obſcuratum eſt inſipiens cor fraterna.
eorum. Cum aberrat in aliquo frater tuus ei
cópatere & ſi te exiſtimas ſtare videas ne cadas 1.Cor.10.
Eiice primum trabem de oculo tuo vt videas
quomodo eiicias feſtucam de oculo fratris tui.
Cogita ſi es in ſimili culpa vel æquali vel maio Matt.7.
ri, aut ſi vnq̃ in tali ſtatu fuiſti, vel ſaltim quòd
poſſes ante mortem tuam eo fieri peior & ſi
talem confidens de dei bonitate te futurum
non times, diligenter fratrem tuum inſpice: an
in aliquo ille, qué forte contemnis ſit te magis

comendabilis,vel ꝙ deo te poſſet fieri gratior & te in infernum detruſo ad cœlos euolare. Correctio fraterna eſt in pręcepto affirmatiuo. Quod nõ obligat ad ſemper ſed pro loco & tẽ pore. Eius ommiſſio eſt. p.mor.cũ adeo timetur iuditium vulgi,vel carnis cruciatus,aut tem poralium amiſſio, ꝙ charitas fraterna poſtpo nitur.Eſt.p. Veniale, cum timor vel cupiditas facit tardiorẽ ad corrigendũ delictũ fratris nõ tñ ita ꝙ ſi cõſtaret ei ſe illum poſſe a peccato retrahere fraternã dimitteret correctionẽ,quia in animo ſuo charitatẽ dei ac proximi oĩbus ꝑponit. Cũ merito omittitur,cũ quis expectat tẽpus magis opportunũ,cũ timet, ne frater deterior fiat vel ſpiritualẽ aliorũ profectũ impediat. Vt aliquis ad huius præcepti executionẽ teneatur requiritur,qd peccatũ fratris ſit mor. vel expreſſe inductiuũ ad mor.occultũ, & ꝙ ſit ſpes illius emendationis, ꝙ correctio fiat cum manſuetudine non ex paſſione, ꝙ nullus ibi adſit qui aptior ſit ad corrigendum & ꝙ nõ detur tẽpus opportunius pro tali pietatis effectu. Ad hoc præceptum magis tenentur prælati q̃ cœteri,ita ꝙ omnia peccata ſubditorum, quæ non corrigunt ipſis imputabuntur. Ideo ſcri-
Sap.6. ptum eſt. Iuditium horrendum fiet his qui
Grc. præſunt,niſi.ſ.bñ pręſint. Hinc Gre. Tot animas occidimus,quot ad mortẽ ire tepidi & tacentes videmus. Hinc etiã iam damnatorũ pręlatorum quilibet clamat.Veh mihi quia tacui. Ideo à talibus annuncianda ſunt populis ſcelera eorum, corrigendi ſunt ſubditi & iugiter verbo & exemplo in via domini inſtruendi. Ali-

ter non poſſunt recte dicere. Dimitte nobis de bita noſtra. Correctio fraterna debet fieri ani mo medendi, Non ſeuiendi. 86. diſt. odio. 86. diſt. & Quia odio habēda ſunt peccata non homines 45. Et faciētis culpā proculdubio habet, qui quod poteſt corrigere negligit emendare. Nec caret ſcrupulo conſenſionis occultæ qui manife ſto facinori (cum poſſit) deſinit obuiare. Vi de ibi hec in cap. ſeq. correctio debet eſſe mix ta cum benignitate & aſperitate. 45. diſt. Diſci plina. Penſemus (ibi ait Gre.) quibus viſeri bus Moyſes populum iſraeliticum, amauit ab ipſo tanto rigore correctum, pro cuius vita de libro vitæ deleri ſe petiit. Ipſe Moyſes in regimine vtrumq; miſcuit, vt nec diſciplinæ de eſſet miſericordia nec miſericordiæ diſciplina. Gre. Cum in homine peccatore duo ſint. Quia pec cator eſt, corripe & quia homo eſt, miſerere Ait Augu. & habetur. 23.4.4. Duo. Ita nulli 23.4.4. homini claudenda eſt miſericordia, ſicut nulli peccatori impunitas eſt relaxanda. Diſcretus ſit corrigens, quia correctio quandoque debet habere plus mãſuetudinis quã rigoris. 45. diſt. 45. diſt. & Qui ſincera. Et quandoq; plus ſeueritatis q̃ 82. benignitatis. 12.4.2. fraternitas. In correctio 12.4.2. ne vulnera que fomentorum non ſentiunt me dicinam, ferro abſcindantur diſtinct. 81. Aliquanti. Correcti reuerentiã exhibeant corrigenti diſtinct. 45. Cum beatus. Quia melius eſt cum ſeueritate diligere quã cum lenitate decipere. 5.4.5. Non omnis. Non eſt charitas ſed te 5.4.5. piditas vbi mali mores habita hominũ potius 23.4.5. q̃ dei ratione nõ corrigũtur. 23.4.5. Nõ putes.

& cap. ſeq. ferueat ergo ibi ait Aug. Charitas ad emendandum & corrigendum. Vt & mali corrigantur & alii eius terreantur exemplo. Eos namq; occidit qui fouet. Ibidem idem capi. ſeq. Qui vitiis & qui animabus præeſt & crimina non corrigit non præeſſe dicendus

Diſt.83. eſt, ſed canis impudicus .83. diſtinctio. Nemo. Secundum Augu. Peccatoris correctio redditur minus fructuoſa propter peccatum corrigentis vel pertinacitatem correcti. Correctio fieri debet, vt lucremur fratrem. Non vt

Matt.18. coram aliis confundatur. Ideo magiſter diſcretionis ait. Corripe inter te & ipſum ſolũ. Si te audierit eum lucratus es. Ergo perierat. Corrigas igitur eum humiliter vt ipſum lucreris. Peccatoris pro poſſe tuo famam non minus q̃ tuam ſeruare ſtudeas. Ab huius præcepti executione nil te retrahat: quia ſi hominibus placeres Chriſti ſeruus non eſſes. In hoc ideo viriliter age placens Deo.

Quis es domine?



gredere ciuitatem & dicetur tibi quid te oporteat facere.

INCIPIT QVARTA PARS operis: in qua de diaboli tentationibus deq́ꝫ veteris hominis depoſitione & naturalium vitiorum agitur extirpatione. Articulus Octauus.

ET Ne nos inducas in tētatio
nem. Tentatio eſt interior
vexatio, qua probamur à do
mino, vt quid lateat in ho
mine innoteſcat homini.
Tentat deus. Tentat diabo
Tentatio. lus. Tentat homo. Tentat
mundus, tentat caro. Deus tentat, vt homo
in ſui deueniat cognitionē, deprimat cor ſuum
Eccl.34. & quæ neſcit diſcat. (Qui.n.non tentatur quid
ſcit? Quaſi dicat parum vel nihil) vt bonū oc
cultum ipſi tentato vel aliis pateat. Sic cum
Gen.22. tentauit Abraam, voluit eius fidem ac obedien
tiam mundo Detegere. Et vt manifeſtetur, ſi di
ligimus eum. Hinc dixit Dauid. Proba me dn̄e
& tenta me. Tentatio.n.eſt optima rerum ma
giſtra. Vexatio dat intellectum. Et tribulatio
interiorem erudit hominem. Quòd tētet deus
ad probandum habes 22.4.2. Si quilibet.§.quā
doq́ꝫ, vbi inter cætera Gre. verba legitur. Quòd
Abraam iuſſus eſt imolare filium: quem do
minus nolebat occidi. Quod autem legitur
Iaco.1. deum neminem tentare ſic exponitur. Nemi
nem Tentat deus, vt decipiat, vt diſcat quæ ne
ſciebat, vt nos ſeducat ac peruertat, & vt nos ad
conſenſum in rem malam impellat. Ideo cum
dicis. Tentat deus. Dicente Iacobo. Deus ne
minem tentat. Ex verbis meis pie lector admi
rationem non concipias. Nec tentari recuſes,

quia dominus (ſi facimus viriliter reſiſtendo quod in nobis eſt) ſemper faciet cum tentatione prouentum. Hinc ait Iacobus. Omne gaudiũ exiſtimate fratres, cum in varias tentationes incideritis. Cũ.n. anima non tentatur, incurrit elationem cordis, proximi contemptum, in circũſpectionem ſui, ignorantiam agendorum & paulatim obliuionem dei. Tentationẽ Dei, qua ipſe tẽtat vel tẽtari permittit, perſenſit Abraã Gen.22. Iob. Suſána, populus Iſrael. Ezechias. Patres noſtri, vt probarentur, ſi vere colerẽt deũ. Tobias, qñ fuit cœcatus. Petrus cũ iuſſus fuit ire ſuper aquas, & Philippus, qñ ei dominus dixit. Vnde ememus panes vt manducent hi? Vigilet ergo quilibet nr̃um, vt tanto fidelis ſit pr̃i, qui in cœlis eſt, q̃to magis ſe ſentit impugnari. Ex quo ſine tentatione nullus peregrinatur ſuper terrã. Cũ quis ab vna liberatur ad aliã ſe accingat ſuſtinendam. Et ſic petat homo ab vna tẽtationẽ à deo liberari, ꝙ ſciat aliã protinus eſſe vẽturã. Vnam dn̄s tentationẽ (ait Ber.) quandoq; diutius ſinit immorari, ne immineat altera aut ab vna citius liberat, vt alia poſſit exercere. Ad magnã (ſcribit Proſper) vtilitatẽ fideliũ reſeruata eſt materia certaminũ, vt nõ ſupbiat ſanctitas q̃ diu, hoſtium infirmitas ſentit incurſum. Corona propoſita eſt (ait Ambro.) ſubeunda ſunt certamina. Nemo poteſt niſi vicerit coronari, & nemo põt vincere niſi ante certauerit. Tolle martyrum certamina, eorũ tuliſti coronas. Tolle cruciatus eorum tuliſti beatitudinẽm. Sta ergo in iuſtitia & timore Chriſtiane & ꝑpara animam tuã ad tentatiõnẽ. Tentat nos & diabolus

Gen.22.
Iob.1.& 2.
Dan.13.
Exo.16.
9.Reg.20.
Iudith.8.
Tob.2.
Matt.14.
Ioan.6.
Ber.
Proſper.
Ambro.
Eccl.2.

dum ſuggerit,vt decipiat,& eius ſupplantentur inſidiis. Vt inquam ſubuertat,noceat & præcipitet. Tētat autem propria motus malitia,qua nos q̄tum poteſt à dei ſeruitio ſtudet auertere. Ex inuidia,qua humanæ ſaluti inuidens profectum noſtrum ſpiritualem impedire aut ſaltim inquinare conatur. Ad nos quoq; tentandum ſua eum impellit ſuperbia, ſuper cuius omnes

Iob penul. filios ipſe eſt rex. Et licet tam potens ſit demon, homo autem infirmus, permittit tamen Deus ab eo nos tentari,ſed non ſinit eum tentare q̄tum vellet, ſed quātum ſuſtinere poſſumus

1.Cor.10. vt teſtatur apoſtolus ad Cor. Et fit recompenſatio per diuinam gratiam, per Sanctorum interceſſionem,& angelorum cuſtodiam. Sic qui antiquo ſerpenti præſtat nos tentandi licentiā miſericordiam nobis præſtat & gratiam. Deo non ſufficit ꝙ à carne & mundo naturaliter impugnemur,quia eius voluntas eſt ſanctificatio noſtra,ſed vult etiam ad maiorem electorum coronam illos à demone impugnari. Directe Diabolus non eſt cauſa noſtrorum pecca

Ambro. 15.4.1. torum,ſed noſtri libertas arbitrii,quia teſte Ambro. Nemo tenetur ad culpam niſi propria voluntate deflexerit. Voluntarium ſibi militem exigit deus,voluntarium ſibi ſeruum auctionatur diabolus. De hoc videat qui vult. 15.4.1. Non eſt. Quia temptatio eſt vita hominis ſu

De peni. diſt.2. per terram, de pēi.diſt.2.§. Si.n.inquit.Studeamus eſſe fortes in fide,quia aduerſarius noſter

1.Pet.5. tamq̄ Leo rugiens ſemper circuit querens quē deuoret. Hic Leo feruentiores in dei ſeruitio impugnare ſolet, ideo quilibet ſeipſum cuſto

diat. (3.4.1.nulli.) Quia mille habet nocendi 3.4.1.
modos et temptandi.16.4.2. conatur (inquit 16.4.2.
ibi textus) vnitatem Eccleſiæ reſcindere,chari
tatem vulnerare,Sanctorum operum dulcedinē
inuidiæ felle inficere & omnibus modis huma-
num genus euertere & perturbare . Ideo opor
tet,vt omnes aditus nocendi eius verſutiæ mu
niamus,ne mors ingrediatur p portas noſtras.
Nouit hoſtis noſter (vt ſcribit Leo Papa) qui
non deſinit transfigurans ſe in angelum lucis
deceptionum laqueos vbiq; prætendere,cui ad
hibeat æſtus cupiditatis : cui illecebras gulę in
gerat : cui apponat incitamenta luxurię : cui
infundat virus inuidiæ . Nouit quem merore Leo.
conturbet . Quem gaudio fallat : quem metu
opprimat . Quem admiratione ſeducat: om-
nium diſcutit conſuetudinem , ventilat curas :
ſcrutatur affectus: & ibi quærit cauſas nocendi
vbi quemlibet ſtudioſius viderit occupari. Mo
do perſuadet bonum propter malum finem,vt
cum tentat inducere debilem ad indiſcretam
abſtinentiam , vel inſtabilem ad religionis in-
greſſum . Modo diſſuadet bonum tanq̃ no-
ciuum, vt cum aliquem à publica oratione aut
pietatis operibus retrahere nititur, ne inanem
gloriam incurrat . Modo ſuadet malum ſub
ſpecie boni. Et in hoc multipliciter tētat.Hinc
plures incauti eius ſupplantantur inſidiis . Lu-
bricus eſt ſerpens antiquus (ait Hiero.) & niſi Hiero.
capite teneatur totus ſtatim illabitur . Beatus Pſal. 136.
ergo qui tenebit,& allidet paruulos ſuos ad pe
tram . Diabolus ſuggerit malum ſed non po-
teſt vim inferre . Hinc Gre. Debilis eſt hoſtis, Gre.

Gre. qui non vincit niſi volentem. Ipſe met ſuam confeſſus eſt impotentiam & arbitrii noſtri libertatem ſecundum Chriſo. Cum domino dixit. Mitte te deorſum. Permiſit ſe duci à Diabolo ſuper pinaculum templi, qui ſe ab eius membris permiſit Crucifigi ſed non ſe permiſit ſuperari. Sicut oblatus eſt quia ipſe voluit

Chriſo.

Eſa. 53. ſic & tentatus. Vt ſcilicet ſua victoria nos contra ipſum roboraret. Ne quis quamuis ſanctus ſit & perfectus de ſe præſumat quaſi de tentationibus immunis. Vt nobis exemplum pugnandi daret. Vt illo victo eius reprimeret audatiam & nobis cum tentamur conſolationem afferret. Pugnemus ergo contra ipſum, cum nos tentat viriliter ſcripturæ ſacræ armis. Puta ſi elationem cordis ingerit. Clama contra teipſum & confundetur. Quid

Eccl. 10. ſuperbis puluis & cinis? Si temporalium cupiditatem, dic cum Paulo. Nihil intulimus in

1. Tim. 6. hunc mundum, nec auferre quid poſſumus. Si

Aug. nos ad carnis inducit delitias. Auguſtini verba apprehendas, ſcilicet Dominus meus torquetur in Crucis patibulo & ego voluptati operam dabo? poſtq̃ ſcio me tali pretio eſſe redemptum nolo me amplius venalem exhibere. Quanto quis ſanctior eſt tanto magis diaboli tentationes ſuſtinet, inſidias patitur & ab eo profundius impugnatur. Miſeri ſunt qui illius ſuggeſtiones non reprimunt in corde,

49. Diſt. quia ſibi poſtmodum illę in actione dominan-

Gre. tur. 49. diſtinct. Hinc etenim. Ibi multa ha-

De pen. bes ex Gregorio. Infelices ſunt, qui non expectant tentationem ſed illam præueniunt.

De pen. diſtinct. 5.§.1. Et ſtultiſſimi ſunt qui deum tentant,dum habent, quod rationabili conſilio faciant & vnde ſuam ac aliorum ſalutem cuſtodiant & defendãt. 22. 4.2. Queritur.23. 4. 8. Si nulla. Qui non vult à diabolo decipi, dum tentat, diligat ſolum Ieſum, quia amabilis eſt. Diligat ſine modo & menſura, quia & ipſe nos dilexit ſine modo & menſura & lauit nos in ſanguine ſuo. Qui non vult decipi, querat Chriſtum, quia vita eſt, ſequatur Chriſtum, quia via eſt, quæ ducit ad vitam. Diligamus eum dulciter, ne caro nos alliciat, queramus viriliter ne mundi nos frangat aduerſitas & ſequamur ſapienter, ne ſub colore virtutum angelus Sathanæ nos in aliquo abducat à tramite veritatis. Tentat nos mundus dum demulcet proſperis & terret aduerſis. Et dũ ad ſe amandum ſuis nos vanitatibus allicit. Tentat caro,dum rationis iuditium vel peruertit vel impedit, dum quis illectus ſenſibilibus abſtrahitur à Deo & tentatur à concupiſcentia ſua. Tentat homo hominem, dum eum inducit ad peccandum, Dum eum malignitate perſequitur,& dum malo exemplo ad malum alios inclinat. Tentat & homo deum, dum ommittit quod ex ſe poteſt ad auxilium tãtum dei reſpiciens, dum ſine cauſa & ratione alicui ſe comitit periculo volens experiri, vtrum ab eo poſſit adiuuari, dum quis vita non correſpondet petitioni, quam deo porrigit in oratione, dum orat pro aliis, ſed non pro ſe ipſo, quia adhuc deſeruit vitiis. Dum in oratione poſtu-

diſt.5.§.1. 22.4.2. 23.4.8. Iac.1.

lat aliqua,vt exploret dei ſcientiam, po teſtatē aut voluntatem, Dum ignorans exiſtens expo nit ſe prædicationi, lectioniꝗ vel diſputationi cum hereticis credens à deo ſibi infundi ſcien tiam. Dum pro alicuius rei manifeſtatione ſe vulgaria facit purgaměta,dum petit à deo ſuo rum veniam peccatorum & ipſe aliis non vult dimittere. Dum orat ſine mentis attentione volens audiri à deo ſe non audiens. Dum pec cat in ſpe ante vitæ terminum ſperans ſe obti nere remiſſionem & ſpiritum compunctionis & Dum aliquid facit in ſeipſo potius confidens q̃
Deu.6. in dei prouidentia. Non temptabis ergo do minum deum tuum. Sed quoniam proprium diaboli eſt tentare de illius in hoc articulo tan tum loquemur inſidiis dicentes patri noſtro, qui eſt in cœlis. Ne nos inducas in tentatio nem.i.non permittas nos ꝙ diabolicis conſen ſum Preſtemus ſuggeſtionibus. Diabolus er go tentat ſenes & iuuenes, in qualibet hominis ętate,tempore proſperitatis & aduerſitatis,ſen ſibilis deuotionis & ſterilitatis,& in diuerſis tem poribus de quolibet vitio. Licet ſpecialiter de mentis elatione hominem tentet leuiathan. De inani gloria lucifer: de terrenorum cupi ditate Mamona,De impatientia Abededon:de inuidia Sathan: de gula Behemoth vel Nabu zardan. Diabolus tentat hominem vel vt ab incœptis deſiſtat, vel vt ad præterita peccata redeat: vel vt de bonis ſuis præſumat operi bus,vel vt eum indeſperationis baratrum præ cipitet. Tětat in principio,in progreſſu & poſt conſumationem operum. Tentat incipientes

proficientes & perfectos. Tentat in delitiis & auſteritate, Dum honoramur aut obprobriis deiicimur, dum ſeruimus deo & nos terrenis implicamus negotiis. Tentat per quinq; ſenſus. Peruiſum dum inducit nos ad inſpiciendum rē pulchram vel delectabilem, vt in ea mens inordinate inardeſcat. Hinc adulteria incœſtus, furta, fornicationes &c. ſuggerit & ſic per oculos depredatur animas noſtras. Per auditum, dū homines à veritate auditum auertunt & ad fabulas conuertuntur coaceruātes ſibi magiſtros prurientes auribus. Dum ornatum verborum ac lenocinia magis q̄ vtilitatem querunt & in muſicis inſtrumentis nimiam venantur delectationem. Per odoratum, dum etiam ſpiritua les falſis ac adulterinis odoribus, vt ſibi placeant, decipit. Hinc aliqui maximum odorem de manibus ſuis prodire ſentiunt, alii ex panis ſpecie, dum ſanctiſſimū altaris percipiūt ſacramentum & ſic incauti euaneſcunt incogitationibus ſuis. Per guſtum, dum aliquem ad cibum vel potum trahit propter delectationem nulla habita ratione corporis refectionis. Et per tactum, vt quis inordinate delectetur in eo circa prohibita. Non licet autem tangere vel videre quod non licet concupiſcere. Nam qui Eccl. 13. tetigerit picem inquinabitur ab ea. Et impudicus oculus impudici cordis inditium eſt. Tentat quandoq; diabolus humanam aggrediens imaginationem, vt eam ludificet & malis cogitationibns ac fantaſiis repleat. Accedit & tentator ad intellectum tam ſubtiliter ꝙ in multis ſæpe fidem deſtruit, & ſic homo exterioribus

potius q̃ interioribus bonis inhiat. Captiua re eum igitur debemus in obſequium Chriſti: ne per ipſum diaboli ſupplantemur inſidiis, qui quandoq; ad eum etiam accedit per falſa phantaſmata, per ſomnia & viſiones, vel per il lius ob nubilationem, vt homo in pernicioſam triſtitiam, vel accidiam, vel confuſionem, vel puſilanimitatem, vel bonorum ſpiritualium ac eternorum obliuionẽ deueniat. Aggreditur & diabolus hominis rationem ſuggerens ei fal ſum eſſe vel impoſſibile quod de articulis fidei & ſacramentis prædicatur & plures ex natura libus in contrarium adducit rationes. Vel eã tentat, dum trahit ad perplexitatem & ad trepi dandum timore, vbi non eſt timor, vt in aliquo deum offendat, vel ſaltim tempus conterat. Vel eam tentat dum perſuadet illi malum ex ſcripturis adducens rationes. Sicut quando ſub forma puellæ tentauit Iuſtinam vt in ipſa violaret (cui nimium inuidebat) virginitatis Lilium. Et Dixit. Timeo ne ex noſtra virgi nitate cœleſti priuemur præmio. Pręceptum enim domini eſt. Creſcite & multiplicamini.

Gen.4. Heu quot hodie ſeducuntur à diabolo ex ſa crarum ſcripturarum allegatione. Suggerit.n. guloſis. Quod intrat per os non coinquinat animam. Nuſquam eſum carnium prohibitũ reperies in euangelio. Modo non furtum fa cias non occidas &c. Nil refert ſi hoc vel illo cibo vteris. Carnalibus ſuggerit vt perſiſtãt in peccatis deum ita eſſe miſericordem, ꝙ in quacũq; hora ingemuerit peccator, omniũ eius iniquitatũ non recordabitur. Ocioſis ꝙ Chri

ſtus

ſtus pro omnibus ſatisfecit. Superbis ꝙ Maledictus homo qui negligit famã ſuã &c. Tentat Diabolus ſenſualitatem aggrediens eiq; delectabilia ſuggerit, vt mortis poculum rationi propinet, ſicut Eua à Serpẽte decepta pomum ſuggeſit Adæ. Clariſſimis etiam dei ſeruis in ſummo rigore ducentibus dies ſuos ignitas & inſolitas carnis tentationes immittit, vt de ſeipſo teſtatur Hieronimus ſcribens ad Euſtochium. Contra has & alias Diaboli artes neceſſaria eſt dei gratia, ſine qua nil fit. Hinc ait propheta. Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra vigilat qui cuſtodit eam. Feruens oratio exemplo Moyſis contra Amalechitas. Profunda mentis humilitas. Cuſtodit enim paruulos dominus. Hinc Dauid. Humiliatus ſum & liberauit me. Et Antonio reuelatum eſt ſolam humilitatem euadere Diaboli laqueos. Ad principiis tentationum obſtandum ſpiritus promptitudo. Vnde ait Hieroni. Interfice hoſtem, dum paruulus eſt. Humilis ſacrarum ſcripturarum lectio, quia ſi eas amaueris, teſte eodẽ carnis ſtudia non amabis. Quia omnis ſermo dei Clipeus ignitus eſt. Et quia viuus eſt ſermo dei & penetrabilior omni gladio ancipiti. Occaſionum fuga. Qui enim amat periculum peribit in illo. Scio hominem, qui nimium ſibi placebat, in multa enormia cecidiſſe, quia huiuſmodi fugam non arripiebat, pro quo pie lector te rogatum velim, vt deum iugiter oratum habeas. Ei enim ſæpe ſalutem ſuam conſului, ſed nil profuit. Neceſſaria eſt etiam

Exo. 17.

Pſal. 114.

Hiero.

Pro. 30.

Hebr. 4.

M

in bonis operibus ac laudabilibus occupatio.
Ideo ſcribit Hieroni. Semper aliquid boni facito, vt diabolus te ſemper inueniat occupatum. Id habes de con.diſt.5.numq̃. Omnia enim mala docuit ocioſitas. Nam eſt mater nugarum, nouerca virtutum, malarum cogitationum fomentum, & tentationum omnium nutrix. Neceſſaria eſt deuota dominicę paſſionis meditatio & Euchariſtię cum fide & humilitate frequens perceptio poſt veram confeſſionem, & fructuoſa eſt alicui diſcreto viro tentationũ reuelatio, quæ non eſt difficilis ei, qui in via dei proficere peroptat. Vim ergo ſibi quilibet inferat & reſiſtat diabolo: nec perhorreſcat tentationes, ex quibus diuina diſpenſante prouidẽtia multa in nobis bona proueniunt. Humiliant.n.interiorem hominem: & ſi deo fideles ſumus nos honorabiles reddunt. Vnde ait Petrus. Modicum ſi oportet contriſtari in variis tentationibus, vt probatio fidei noſtræ inueniatur in laudẽ, gloriam & honorẽ. Tẽtationibus, quibus reſiſtitur augẽtur merita, peccata purgãtur, virtutum poſteris datur exemplum, demonum malitia reprimitur, ſpiritualis conſolatio animæ inſeritur, illuſtratur humanus ſpiritus, & corona in cœlo certãtibus præparatur. Hinc in Apoc.legitur. Vincenti dabo edere de ligno vitæ, Quod eſt in paradiſo dei mei. Et Dominus apud Lucam. Vos eſtis, qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis. Et ego diſpono vobis regnum: vt edatis &c. Tentatio eſt humana: cum aliqua turpi cogitatione nolentes tãgimur ex corruptibilis noſtræ carnis pon

De cõſecr. Diſt.5.

1.Pet.1.

Apoc.3.

Luc.22.

dere. Et ſit diabolica tentatio,cum homo per conſenſum ad malum propria voluntate deſle ctit. Imperfecti & inexperti non debent expe tere tentationes,ſicut poſſunt perfecti,quos ho ſtis acrioribus pulſat inſidiis, dum eos indies magis in via dei proficere conſpicit. Hos ta- men diabolus ſæpe infeſtare formidat ſecundū Ambroſium, quia refugit ab eis frequentius triumphari.i.vinci.

Tentat quandoq; diabolus hominem de eo dé vitio tali importunitate,ꝙ eum ſaltim tedio vincit. Hanc importunitatem deus permittit, ne animus ignauia torpeat,de ſeipſo pręſumat, & in proximi contemptum deueniat. Aliquan do mentem noſtram tali dubitatione inuoluit, ꝙ hominem qua ſe vertat penitus præterit: vel tam ſubita impugnat tentatione, ꝙ ratio deli- berare nón poteſt. Hac percitus Loth pro- Gen.19.
prias filias exponere voluit. Et Aaron torques Exo.22.
aureas & annulos ab Iſraelitis expetiit, ex qui- bus in Ignem proiectis vitulus aureus demo- nis forte opere conflatus eſt. Aliquando tam violenta eſt demonis tentatio,ꝙ hominé ſtatim inducit ad conſenſum. Hac deuictus Petrus,vt mortem euaderet Chriſtum negauit. Aliquādo Matt.26.
tam occulta ꝙ ratio eam non præuidet. Talis fuit tentatio diſcipulorum, cum cōtenderent, quis eorum eſſet maior: & Iacobi ac Ioannis, quando petierunt à Chriſto vt de cœlo contra Samaritanos ignem demitteret, quoniam Chri ſtum cum ipſis nolebant hoſpicio ſuſcipere. Horum zelus non erat ſecundum ſcientiam. Luc.22.
Aliquando nobis oſtendit gratias & dona dei & 9.

quæ habeamus, vt animus noſter intumeſcat ceteroſq; paruipendat. Cum tamen tanto humilior eſſe debeat ex munere q̃to obligatioré ſe eſſe conſpicit in reddenda ratione. Modo talem zelum propriæ famæ ſuggerit, ꝙ homo de facili ad eam defendendam in mentis perturbationem iram & alterius accuſationem ac ad excuſandas excuſationes in peccatis labitur. Modo eum famam ſuam ita facit negligere, ꝙ pro nihilo ducit & ſi ſcandalum exiſtat cæteris. Dicens ſcio quod facio. Mea qualis ſit conſcientia, deus agnoſcit &c. Qui ſapiens eſt in Chriſto famam curat & conſcientiam, illam propter proximum & hanc propter ſeipſum. Multas ſæpe licitas cogitationes menti noſtræ importune inſerit, vt eam à maiori bono impediat. Puta de re familiari, cum homo miſſam celebrat vel ad dominum præces effundit. Turpes cogitationes dictu indignas immittit aliquãdo tali impetu quòd homo continuo grauiter peccare ſe credit, & ſic peccat, ſi arbitrio diſcreti viri talem non deponit erroneam conſcientiam, quia nemo inuitus trahitur ad culpam. Sub humilitatis ſpetie aliquos inducit ad ſilentium, cùm loqui debeant. alios ſub prætextu pietatis ad loquendum vt nugigerulos, cum vt taceant, attendantq; ſibi, tempus exigat. Sub ſpetie prudentiæ hunc nimium curioſum reddit illum impatientem, dum præceptum domini dei fraterna correctione putat exequi. Et dum proximi mores diu noctuq; diſcutit: diſſipationem cordis incurrit. Ex diaboli impulſu multa ſæpe ho

mo coram aliis ſubtiliter profert, & ſic inanis gloria eius paulatim mentem diripit. Modo ſub prætextu euitandæ ſingularitatis nimis delicate nutrit ſeruum ſuum ſuperfluo victu & habitu, & ſic eum poſtea reperit contumacem. Modo nimia deiicitur abſtinentia. Diſcretionem ergo in omnibus quilibet adhibeat, quia honor regis iuditium diligit. Sæpe ex Diaboli arte ſpiritualis amor paulatim in carnalem libidinoſumque conuertitur. In occaſionibus carnalium tentationum aliquos ille non pulſat, vt nimis audaces efficiantur, & inordinate ſuam ob caſtitatem ſibi placeant.

Nonnunquam ſub prætextu ſubueniendi pauperibus, aut inſtituendi Eccleſias & xenodochia reddit hominem auaritiæ deditum ac terrenorum Cupidum, periurum, ſacrilegũ &c. Compluribus, dum bene operantur immittit diabolus magnam accidiam ac triſtitiam, vt in delectationibus ſæculi conſolationem querant. Et dum accidia ac triſtitia ſanari creditur, validior fit: magis creſcit ac in eis nutritur. Aliquando nos non impugnat, vt nos ſecuros ac immunes eſſe cenſentes tueri negligamus, vt nos imparatos opprimat & inſoleſcamus quaſi propria virtute iam hoſtes deuicerimus, vel proximum contemptu quodam proſequamur & vt minus apud deum mereamur. Alta ſæpe ac ardua virtutum opera hominem aggredi hortatur, vt ſuccumbat Oneri, impatientiam incurrat ex tedio vel vt tamquam aliis fortior intumeſcat. Licet aliquis rectiſſime cuncta opere-

tur, occulto tamen laqueo eum inuoluet, vt ſaltim in mortis articulo ille ſe fruſtratum inueniat, indeſperationem concidat: & inde æternum ſuſtineat ſupplicium vnde ſe crediderat coronari. Sæpe nos falſa deuotione depaſcit, in eoque indiſcreta vota perſuadet, quo illa ceſſante homo turbationem incurrat, quæ ipſum diu noctuq; torqueat. Sicut e conuerſo alium prohibet ſancta emittere propoſita, quæ aduerſus naturales illius paſſiones optima eſſent remedia, vt in ſuorum vitiorum ſordibus immoretur. Aliquibus ſuggerit, vt mentalibus ſe onerent orationibus quo à perſuaſione deuicti rem grandē ſe facere arbitrentur: vel tedio non mediocri afficiantur, vel illas ſine mentis attentione proferant, vel vt ab inani gloria ſeducantur, vel vtiliora omittant, vel vt credant deum ſibi ob earum frequentiam debitorem fore. Scrupulos ſæpe homini innumeros immittit vel vt nil boni aggredi audeat, vel vt peccare putans durante tali conſciētia frequentius peccet, & ſic in deſperationem delapſus à deo ſe reprobatum ac damnatum cenſeat.
Econuerſo in nonnullis largam ita reddit conſcientiam, ꝙ nec deum nec homines verentes peccare non metuunt nec eos poſtmodum penitet. Eos nos quandoq; inducit ad conſulendum, quos nobis male conſulturos arbitratur, vt & qui dat & qui conſilium accipit vnà ſimul pereant. In aliis humanum nihil pendet conſilium, vt propriæ initantur prudentiæ. Quos diuturna calamitate vexari conſpicit in baratrum impatientiæ, ac murmuris contra deum

præcipitare ſtudet,vt illum, quia eos nō eripit, impium eſſe cenſeant. Eos autem, qui ab aliqua aduerſitate liberantur inducit vt meritis ſuis exigentibus ſe ereptos eſſe iudicent. A bonis operibus multos ſub humilitatis ſpetie retrahit, ne ipſos.ſ.homines ſanctos teneāt. Alios per phas & nephas diu noctuq; cumulandis facit inhiare diuitiis ſub prætextu erogandi elimoſinas & ſic eos, dum mereri ſe credunt, illaqueat. Hos ſub ſpetie miſericordiæ facit proximi peccata diſſimulare & illos ſub vmbra fraternę correctionis iraſci. Aliquos inducit, dum detrahentem audiunt vel vt metu ei diſplicendi taceant,vel eorum maledicta confirment. Huic poſt abundantem ſumptionem cibi aut potus ſenſibilem deuotionē & lachrimas immittit,vt talem ingluuiem ducat in conſuetudinem quaſi ab ipſa deriuet deuotio veluti riuulus à fonte. Illi eadē infundit poſt immoderatum ieiunium, vt abſtinentia indiſcreta ſe maceret: quo indeſequatur euacuitas cerebri, exinanitio capitis & notabilis totius corporis leſio. Angelos videndi aut aliquem ſanctorū vel reuelationes habendi quibusdam ardens deſiderium ingerit vt eos in ſomno vel in vigilia fallacibus præſtigiis decipiat. Dei etiam ſeruorum menti mirabilem quandoq; dulcedinem inſerit, vt in huiuſmodi interiori ſuauitate finem ſuum conſtituant & ſic in orationibus querant quæ ſua ſunt non quæ Ieſu Chriſti. Alios econuerſo dei ſeruos magna afficit triſtitia, vt ab illius deſiſtant obſequio, à carnis capiantur illecebris & exteriores venentur conſola-

tiunculas venentur. Diaboli arte ſæpe bonum voluntarium,ad quod non obligamur, maiori facilitate proſequimur, quam rem ſaluti neceſſariam. Et ſic multi magis parati ſunt infringere ieiunium, quod præcepit Eccleſia, q̃ illud quòd propria ſibi voluntas inſtituit. Nonnullis ſuggerit ſub prætextu odii ſui corporeo ſemper labori intendere, vt nunq̃ deo vacare queant,nec propriam vitam diſcutiant.

Aliquibus aliena bona oſtendit temporalia vel ſpiritualia, vt eos in liuorem deiiciat & in dolorem nimium ſi talia conſequi nequeunt. Multa hominem ſub virtutis ſpetie aggredi facit ad propriam oſtentationem vt hinc ſibi magis quàm deo ſeruiant. Quoſdam fœda ſæpe blaſphemiæ tentatione vexat, vt ſe grauiter peccare credentes puſilanimes fiant, ſed huiuſmodi parui pendatur tentatio modo rationis conſenſus non adſit. Si autem noſtram ob culpam tales in nobis oriuntur cogitationes oratione, & lachrimis diluantur. Oriuntur autem in nonnullis ex eorum ſuperbia (quam ob rem eas permittit deus vt humilientur) vel ex pernicioſa ocioſitate vitiorum omnium magiſtra, vel ex mala conſuetudine & curioſitate, vel ex inordinatis affectibus,vel ex libertate ſenſuum, vel ex diſſipatione cordis & interioris hominis incuria. Diabolus inter reliquas ſuas inſidias conatur nos inimicos crucis efficere ac in tribulationibus impatientes reddere. Eas autem tam inuite ſuſtinemus quia non cogitamus quid pro nobis paſſus ſit ad crucis patibulum, qui nos inuitat ad præ

mium, & quia non intuemur mentis oculis reliqua dei nobis collata beneficia. Deus proprium filium tribulationibus circũdedit, vt nil viatori illis vtilius eſſe inſinuaret. Si adoramus Crucem (vt apud Cancellarium Pariſienſem legitur) in qua Chriſtus per modicum temporis pependit, quanto magis tribulationem venerari debemus, quam idem per tot annos in hac vita pertulit? Tribulatio tantæ nobilitatis eſt, quòd ea nemo dignus eſt niſi qui ipſam puro corde & ſine errore peroptat. Diabolus ſciens quòd nullus eſt ad errandum procliuior quam qui ſuo fiſus fuerit ſpreto aliorum conſilio ſtudet, vt quilibet propriæ innitatur prudentiæ. Fili ergo Accedens ad ſeruitutem dei ſta in timore & præpara animam tuam ad tentationem. Eccl.2. Vndiq; enim bella nobis. Vndiq; tela peruolant,& imminent pericula. Caro, ſuggerit mollia, mundus vana & diabolus amara. Non eſt pax in hac vita: quę plena eſt tentationibus. Ideo militia eſt vita hominis ſuper terram. Inſurgit contra nos caro: trahit mundus: inſidiatur diabolus. Caro voluptatem, mundus vanitatem & diabolus iniquitatem ſuggerit. Caro infeſtat per laſciua deſideria, mundus p proſpera & aduerſa,& diabolus per turpitudines & vitia. Hi hoſtes vndiq; nos deiicere feſtinant. Corpus (dicebat Ber.) Fugere non poſſum nec fugare: circumferri id neceſſe eſt: quoniam alligatum eſt mihi. Perimere illud nõ licet: ſuſtẽtare cogor. Si illi deficio, ſuccũbit: & ſi illud impinguo hoſtẽ aduerſum me nutrio. Mundus circumcinxit Ber.

me vndiq; : ac per quinq; ſenſus corporis mei quaſi per portas ſagittis ſuis me vulnerat. Et ſic mors intrat per feneſtras. Nã reſpicit oculus, qui ſemper nititur videre vanitatem, & intẽtionem cordis inflectit. Audit auris quæ non debet & mẽtis ſenſum odoratus ac cogitationẽ bonam impedit, os loquitur & fallit. Guſtus ſpiritum deſtruit, tactus ſæpe totum corpus incendit, & mens cum ſeipſam egreditur anteq̃ redeat diſſipatur. Diabolus arcum ſuum tetendit & in eo parauit ſagittas ſuas, vt nos ſi poterit ad mortem vulneret. Dicamus ergo humiliter. Pater noſter, qui es in cœlis, ne nos inducas in tentationem. Diabolus tentat vt decipiat, mundus vt ſeducat, caro vt illaqeet & homo vt ſciat & deus vt probet vel approbet vel

Deu. 13. probatum oſtendat. Vnde legitur. Tentat vos deus veſter, vt palam fiat, vtrum diligatis eum an non ex toto corde & in tota anima veſtra.

Sap. 3. Alibi: Deus tentauit eos & inuenit dignos ſe. Tamq̃ aurũ in fornace probauit eos. Deus intentator eſt malorum & ad malum ipſe nemi-

Iac. 1. nem tentat. Tentatio in malum ſumpta ſe-

Caſſia. cundum Caſſianũ eſt aſſimilatio boni ad fallendum. Proprium diaboli eſt tentare, ex cuius

Hiero. inſtinctu ſecundum Hiero. Omnia mala proce-

Dioniſius. dũt. Hinc Dioniſius. Multitudo demonum eſt cauſa omnium malorum ſibi & aliis. Et Io.

Io. Dama. Damaſcenus ſcribit. Malitia & omnis immunditia à diabolo excogitatæ ſunt. Quo ad nos

Aug. autem ſecundum Aug. ſuper ps. 79. peccata à duplici radice in nobis prodeunt vel ab amore inordinato rerum creatarum, vel ex timore.

Puta vt periurium committam vel ex cupidi tate munerum mihi promiſſorum vel ex minis mihi illatis. Sed qui non capitur proſparum re rum delectatione aduerſarum moleſtia non frā gitur. Sicut ille qui non querit gloriam non timet contumeliam: Difficilius eſt reſiſtere ten tationi,quæ fit per blanda & delectabilia ꝗ illi quæ fit per aſpera & triſtia. Vexatio.n.dat in tellectum.& compellit vexatum ad deum cōfu gere,voluptas autem & deliciæ excæcant mētis oculum & obliuiſci faciunt dei & beneficiorum eius. Hinc legitur.Incraſſatus eſt dilectus & re calcitrauit. Impinguatus & dilatatus dereli quit deum factorem ſuum & oblitus eſt domini Creatoris ſui. In proſperis & ſecundum Cice ronem homo de facili ſupplantatur dum pro prio vtitur conſilio, altiores ambit dignitates adulatoribus faciles aures adhibet: & in his ſæ pe impræparatus ſurripitur. Diabolus quan doq; perſuadet vitia ſub prætextu virtutum ve niens in veſtimentis ouium vt falſus propheta, cum intrinſecus ſit lupus rapax, puta ſub colo re prudentiæ ſuadet auaritiam, ſub vmbra mi ſericordię remiſſionem indebitam, ſub prætex tu iuſtitiæ crudelitatem, & ſub colore zeli recti tudinis immaniſſimum furorem. Quandoq; hominem ad exercitia ſuper vires penitus inui tat,aut ad mutationem proprii ſtatus inducit, in quo bene ille & ſecure ſe habet, quia ad eum tam facile ſibi non patet acceſſus. Quandoq; periculoſe tentat dum ab impulſu & tentatio nibus deſiſtit,vt in pernicioſam pacem deuenia mus,ex qua eriuntur amaritudo amariſſima, &

Deut.32.

Tullius.

Matt.7.

fatua ſecuritas contra illud ſapientis dictum.
Niſi inſtanter te continueris in timore dei cito
Eccl.27. ſubuertetur domus tua.i.conſcientia. Timor
Prou.14. enim domini eſt fons vitæ. Hinc etiam pro-
greditur deſidia, que eſt diaboli dormitorium
& humanæ mentis vires turpiſſima rubigine cō
ſumit. Naſcitur & ſui ac propriorum defectu-
um ignorantia, cordis elatio, proximi contē-
ptus ac ſui mortalis confidentia, quæ interio-
rem hominem ita inficit ꝙ nimium ſibi placet
ac ſi diabolus eum non auderet impugnare. De
Gerſon. variis diaboli fraudibus multa cancelarius Pa-
riſienſis conſcripſit, ad quem te dirigo, ſi eas de
tectas peroptaueris. Aliquos tamen eiuſdem
deceptionis modos ediſerā, quos experiētia ma
giſtra didici & de quorum aliquibus me aliena
pericula cautum reddiderunt. Si videt aliquē
aptum ad religionis ingreſſum, eū aggreditur,
quo ipſum detineat in ſeculo, ſic ſuggerēs. Cur
non poteris in communi vita ſalutem tuam
operari? Sub vno abbate Chriſto gaudeas lege
libertatis, quā tibi deus dedit & emit Chriſtus.
Quid pulchrius libertate & quid ſtultius q̄ tot
& tales ſubire conſtitutiones, vota ſuper te indu
cere, qui non ſufficis ad præcepta ſeruanda &
talentum tibi creditum terræ committere?
Et ſic perdit in ſeculari conuerſatione illum:
qui ſaluandus fuerat in religione. Deteſtatur
quandoq; ſuperbiā ſed vt in pernicioſiorē ſub
volucro fictæ humilitatis præcipitet. Reperi
Eccl. 19. tur.n.& qui nequiter ſe humiliat. Laudat fru
galitatem, vt tenacitati locum paret. Diuerſos
tendit aliquibus laqueos, vt ſi fuerint ab vno li

berati in alterum decidant. Quātos pariat infir mitates gula pandit, vt periculoſiorem fatuitatē capitis & corporis abſq; remedio operetur. Vt prodigalitatem inſerat auaritiam, odibilem eſſe demonſtrat. Laudat quietem ſanctam ſed vt in torpentis inertiæ foueam deiiciat. Hortatur ad zelum, quo præceps ira furiat. Vt malorum improbitas foueatur laudat benignitatem. Culpat econuerſo aliquorum in nobis iniquitatem vt perſonale odium contra fraternam charitatem ſuſcitet. Manifeſtaſet vulgares ſuperſtitiones deteſtatur vt ſanctis obſeruationibus obumbratas nutriat. Sub prætextu prudentię & acuendi ingenium ad curioſas queſtiunculas hominem inducit & inueſtigabiles de deo ſciens ꝙ curioſus ſcrutator maieſtatis opprimetur à gloria. Culpat hipocreſim, vt Prou.25. hominis abſque honeſtatis velo perpetrent mala & laudat in aliquibus ſanctam verecundiam vt hipocreſis vicium in eis augeat. Timore exagitat dicens. Beatus vir, qui ſemper eſt Pauidus, vt hominem puſilanimē reddat, vtq; ablata pace cordis Chriſtus recedat ſcit.n. ꝙ in pace factus eſt locus eius. Quos cognoſcit inſtabiles & ad religionis aut ſolitudinis ineptos profeſſionem ad eā inducit, falſoq; feruore impel- Pſal.75. lit, vt q̄ primum voto ſe aſtingant. Deinde adulterinum illum feruorem ſubtrahit & miſeri tedio ac impatientia perciti ab in cœptis deſiſtentes ad ſeculum redeunt. In nōnullis eorum laudat laborem ſed ſeducit intentionem. Sacrarum literarum ſtudiis deditos hortatur, vt intuitu pietatis, quo aliis.ſ. prodeſſe poſſint

ſubtilia conſcribant, diſputent aut proferant, & ſic illos in captiuitatē inanis gloria redigat. Alios inducit, vt ſic inſiſtant ſtudiis & non dent requiem calamo, ꝙ poſtponunt horas canonicas aut eas (id ipſe quoq; ſimili arte deceptus ſæpe feci) ſine attentione perſoluant. In aliquibus operatur ꝙ non iuſſa ommiſſis præceptis executur obſequium arbitrantes ſe præſtare deo. Alii (vt ſcribit Ber.) à demone ſeducti multa ſciunt & ſe ipſos neſciunt, alios inſpiciunt & ſeipſos deſerunt. Plures inanis gloriæ Cupidos inducit, vt à ſe geſta oſtentent, quo proximum edificent & ſic dum Galina nimio clamore prodit ouum, perdit illud. In multis doctis, qui iugiter in euoluendis libris obſui principaliter ſatisfactionem ſine ſpiritus ędificatione tempus conterunt, virtutes Chriſtianæ prius acquiſitæ pereunt, quia paulatim ita tepeſcunt ꝙ quę dicunt non faciunt & quia dum ab interiori ſuperbia diripiuntur quod dei eſt ſibi vendicant. Demon & confeſſores ſupplantare conatur. Hunc nāq; ita humano illaqueat timore, ꝙ multos, ne ſibi diſpliceat abſoluit, & ſi nolint à peccatis reſilire, aliena reſtituere, & nouitatem vitæ profiteri. Illum tot vexat ſcrupulis ꝙ non audet conſcientiæ confitentis domum intrare, eoſq; diſcrete de omnibus interrogare timens ne in corde proprio, aliqua mala cogitatio reſideat. Alium verò inducit vt ita ſubtiliter de omnibus circunſtantiis ſcrutentur, ꝙ ſeipſos iugulent ac laqueo ſuſpendant per turpium cogitationum fœditatem. Predicatorum quoq; multi decepti præmeditari nolūt

Ber.

ac ſanctorũ allegationibus & auctoritatibus vti ſed tentantes deum vt imprudentes quicquid in buccam venit effundunt. Alii Phaleratis verbis vtuntur ac ſublimitate ſermonis, vitiorũ impugnationem ſicco pede pertranſeunt(quia volunt omnibus placere) & tot allegationes ac diſputatiunculas effundunt, quòd ſe ipſos potius quàm Chriſtum prædicant. In ſolitudine degentes aggreditur, vt laborent inertia ac vt carẽtes exteriori exercitio ocio torpeãt. Impellit impatiẽtia,vt quies diſpliceat & ſe ipſos ferre nõ poſſint.Immittit cogitationes blaſphemię,deſideria pigrum occidentia & tedium vt de ſpe ſuæ ſalutis excidant, & ad ſæculum redeant. Quis ergo tot laqueos cogitãs poterit de propriis viribus præſumere vt omnes eos caueat & nullo illorum detineatur? Ad patrem igitur noſtrum: qui eſt in cœlis: humili oratione confugiamus dicentes. Et ne nos inducas intentationem. A virtutibus eas exercendo imploremus auxilium. Puta ſi a ſpiritu fornicationis impugnaris, ipſę in medium prodeãt & quicquid ſentiũt proferant.Dicet fides,(ſine qua nemo poteſt placere deo.) Pernicioſa eſt carnis voluptas. Momentaneum eſt quod delectat & æternum quod cruciat. Vincentibus datur manna abſconditum & edere de ligno vitæ. Dominus tuus torquetur in Crucis patibulo & tu voluptati operam dabis? Timor dei obiiciet finale iuditium & infernale ſupplicium. Spes opponet æterna paradiſi gaudia. Charitas ſuggeret amorem:quo nos dilexit Deus,vt nos à carnis retrahat illecebris. Caſtitas

ſi vocem eius audis,non permittet,vt ipſius Cā dorem violes. Fortitudine vim tibi inferes: ad Magnaminitatis præſentiam libido fugam arripiet. Iuſtitia iniquū eſſe à iuſtiſſima dei voluntate (vt fias velut equus & mullus, in quibus non eſt intellectus) declinare aſſeret. Sanctitas dicet. Hæc mulier in Chriſto ſoror tua eſt ac dei templum eidem in baptiſmate conſecratum: illud non licet violare. Et ſic de ſingulis virtutibus dicere poſſumus, quarum quælibet contra vitia tripliciter pugnat propriam, ſcilicet intuens nobilitatem. Vitiis ſuam obiiciens turpitudinem & illorum occaſionum fugam ſuggerens. Si vis tentationibus reſiſtere mediante diuina gratia in feruenti oratione ad pedes domini humiliter te proſternas, & eū rogatum habeas vt inde oriatur antidotum:vnde infunditur venenum, vt ſuo puriſſimo ſanguine tuis dignetur mederi languoribus, & vt per mortem ſuam ſanctiſſimam vim reſiſtendi tibi conferat pro ſui nominis gloria. Si vis tentationibus reſiſtere cogita vanitatem ſæculi, fetorem carnis,& quę nobis promittuntur in cœlis,vt vileſcant animo omnia: quæ habentur in terris. Cogita ꝙ pugnamus hic in conſpectu ſupernorum ciuium,qui victoriam noſtram peroptant & expectant: ꝙ creatura rationalis es: redēpta Chriſti ſanguine, capax dei & cœleſtis beatitudinis & ꝙ creatus es, vt cū angelis deputeris in patria,ſi creatori tamē tuo fidelis extiteris. Si vis tentationibus reſiſtere,cogita ꝙ à ſuperno rege inuitaris ad pugnam, qui milites ſuos adiuuat vt vincāt. Cogita nobilitatem

tuam

tuam ac dignitatem ò Chriſtiane & verecũderis deſcendere ad vitiorum opera. Cogita vilitatẽ ac indignitatem eorum, qui te proſternere ac deiicere ſatagũt & quã opprobrioſum ſit Chriã no à viliſſimis rebus vinci. Cogita ꝙ in baptiſmo deo te cõſecraſti & ſpirituale militiã profeſſus es, ꝙ charactere Chriſti & viuã Sanctæ trinitatis geris imaginẽ, & ꝙ omnes actus, motus & geſtus tui interioris & exterioris hominis diuino patent conſpectui: quãobrẽ erubeſcas queſo coram deo facere quod me præſente non faceres. Memorare nouiſſima tua & in æternũ non peccabis: quia teſte Hiero. facile cõtemnit oĩa, qui ſemper ſe cogitat moriturum. Vita iſta ſine tentatione duci non põt, nec nobis vtile foret non tentari: quia ſi tẽtationes nõ eſſent, virtutes, quæ cõſiſtunt circa difficilia, acquiri non poſſent, augeri, cõſeruari & exerceri. Hinc ſcribit Iacobus. Omne gaudiũ exiſtimate fratres, cũ in varias tẽtationes incideritis. Gloriemur ergo in illis quia patientiam operãtur, & humilitatẽ. Quanto quis gratior eſt Deo tanto grauiores ſæpe tentationes ſuſtinet. Vnde legitur dictum fuiſſe Thobię. Quia acceptus eras Deo neceſſe fuit, vt tentatio probaret te. Profectus noſter (ait Aug.) vtiq; fit per tentationem: quia non ſibi innoteſcit homo niſi tentatus. Ad hęc non poteſt quiſq̃ coronari ex viatoribus niſi vicerit, nec vincere niſi certauerit, nec certare, niſi habuerit inimicos. Cum tentamur (vt inquit Greg. in. 23. mor.) diuina diſpẽſatione nobis cũ agitur, ne virtutibus: in quibus iam proficimus, extollamur. Admonemur ne mũdo blã-

Hiero. Iac. 1. Thobię. 12. Aug. Grego.

diente ſeducamur, & diſcimus quid de nobis ſentire debemus. Vires ſuas i pace nullus agno ſcit. Si bella deſunt, virtutum ſigna non pro- deunt. Tentationibus qualis quiſq; apud ſe la- tet Clarius patet & roboratur ne ex virtutū cō

Pſal. 25. fidentia cadat. Hinc dicebat Dauid. Proba me domine & tenta me. Malum non eſt ergo tentari ſed tentationibus preſtare conſenſum. Ideo non dicimus. Pater noſter: qui es in cœ lis, non permittas nos tentari, ſed non inducas in tentationem.i.tentatori nos conſenſus aures adhibere non permittas, ſed facias ex pietate tua cum tentatione prouentum. Ne nos ergo inducas in tentationem.ſ.carnis, ne nos illa ab ſorbeat per voluptatem. Mundi, ne nos per uertat per cupiditatem & diaboli ne ſua nos perdat iniquitate. Caro iugiter nos infeſtat dum concupiſcit aduerſus ſpiritum & terrenis inhiat. Mundus blanditur vt decipiat, terret, vt frangat. Et diabolus innumeris nos frau- dibus aggreditur: in via, qua quiſq; ambulat, ei laqueos tendit & quia cunctis inuidet, omnibus inſidiatur. Adiuua ergo nos debiles filios o dulciſſime pater, ſuccurre miſeris & ne nos indu cas in tentationem. Sed libera nos à malo, vt quoties tentamur ſemper victoriam conſequa mur per Chriſtum dominum noſtrum: qui tecum viuit & regnat in vnitate Sancti Spiritus per omnia ſecula ſeculorum.

Articulus nonus.

SEd libera nos à malo, tam præſenti.ſ.q̃ fu- turo, tam culpæ, q̃ æternalis pœnæ & tam

à captiuitate Demonum q̃ amoris proprii: qui cõtra nos inſanit,vt pręcipitet &· vt alter iudas oſculando nos hoſtibus prodit. Ideo illud tam ſalubre dominus conſilium protulit dicens. Qui vult venire poſt me abneget ſemetipſum.i. deponat veterem hominem cum actibus ſuis, ſui amorem exuat,& nouum hominem induat, qui ſecundum deum creatus eſt in ſanctitate & iuſtitia. O bone Ieſu. Quid nobis inſinuas cum dicis. Abneget ſemetipſum,niſi vt homo ſibimet moriatur,quo tibi viuat, quo totus renouetur in agnitionem veritatis & quo cum apoſtolo dicere valeat. Viuo autem iam non ego. viuit vero in me Chriſtus? Niſi inquam vt granum frumenti cadens in terra moriatur, vt multum fructũ afferat, vt tollatur demedio noſtra volũtas,quo tua liberè regnet in nobis, & effundamus amorem proprium,quo impleamur amore tuo, libera ergo nos à malo.i.à veteris hominis ac amoris proprii nos manibus eripias,vt cum propheta quilibet noſtrum decantare valeat. Quid.n.mihi eſt in cœlo & à te quid volui ſuper terram? Mihi adhærere tibi bonũ eſt & ponere in te deo meo ſpem meã. Ac cum apoſtolo. Neq; præſentia, neq; futura &c. Poterũt me ſeperare à charitate Chriſti. Dicit ergo dominus. Qui vult venire poſt me abneget ſemetipſum &c.i.idem faciat ac ſi aliũ abnegaret. Tunc.n.ſi eum videret virgis cedi aut vinculis detineri vel quid aliud mali pati. Non occurreret,non præſtaret auxilium, non flecteretur,quia penitus ab illo ſe alienum reddidit. Sic inuehatur (Innuit dominus) homo

Veteris hominis depoſitio.

Matt.16.

Pſal.72.

contra ſeipſum, ꝙ ſibi nō parcat, picula ſubeat, ad labores ſe accingat, propriam iugulet volū tatem, quæ eſt grande in homine malū: à quo cupimus liberari. Certaminibus ſe offerat, ab opprobriis ſe non ſubtrahat, continue tollat crucem ſuam, ſibi non compatiatur, mortificet ſenſus, carnis voci aures non adhibeat, demonū ſuggeſtionibus viriliter reſiſtat, ſeipſum ſuſpectū habeat, & intellectū in captiuitatem redigat. Ad hunc gradum peruenit verus pœnités, dum ve terem hominem deponere ſtudet, vitæ delicias ac mundi gloriam proculcat, mortem deſpicit, demonum aciem in ſe ipſo profligat, æquo ani mo omnia aduerſa ſuſtinet, vt fidelis Chriſti cer tator ad effuſionem vſq; ſanguinis luctari non renuit, & dum vt perfecte Chriſtum ſequatur ſe ipſum deſerit. Et quoniam verus poenitens huius ſpiritualis depoſitionis nobis formam exhibet, de ipſo nunc quoq; pauca cōſcribam.

Pœnitentia.

Verus poenitens ſtudet deum pro poſſe pla care, amare, indeſinenter cogitare & in eo dele ctabiliter requieſcere, vt amor Chriſti totum eius abſorbeat affectum. Tunc ſibi nō eſt one roſa paupertas, tunc non ſentit iniurias, ridet opprobria, contemnit damna, mortem lucrum reputat, & ſolus ei viuere Chriſtus eſt.

Verę poenitétię deditus diligenter ſeipſum diſcutit cogitans q̄tum ametur à domino, quæ ſibi collata ſint beneficia, quibus cogitationibus magis incurſatur, tentationibus impugnetur, affectibus frequentius tangatur, lamentis ſi bi opus ſit, remediis vti & virtutibus delectari debeat. Certat viriliter contra ſe ipſum ne mo

riatur peccato cõſentiẽs,pugnat vt coronetur. Moleſta quidẽ eſt ſpiritualis lucta teſte Ber. ſed fructuoſa. Si habet poenã habet & coronam. Quod reſiſtentẽ fatigat,vincentem coronat.

Verus in pœnitẽtia occupatus bonã ſtudet acquirere conſciẽtiã,acquiſitam conſeruare, & conſeruãdo operari,vt ſemper ſecura ſit cõſciẽtia. Sic ei peccatum ſuum diſplicet vt alieno nõ conſentiat. Tranquillus eſt,omnibus dulcis,nulli grauis,amico vtitur ad gratiã, inimico ad patientiam,cunctis ad beneuolentiã,& quibus poteſt ad beneficentiam. Delectatur magis tali bona conſcientia,q̃ multiplici ſcientia,non contẽnit tamen ſapientiam,quę ediſicat conſcientiã. O fœlicem penitentem,qui ſic puram ſitit conſcientiã,vt deũ trahat ad ſui cordis hoſpiciũ,ſic deuotã vt ſoli deo placeat,ſic ſecurã vt accuſationẽ nõ patiatur,ſic ſollicitã vt dei continue magis amore inardeſcat,ſic purã vt deus illi ſua peccata nõ imputet, quia poſt conuerſionẽ nõ fecit,nec aliena quia nõ approbauit,ſic promptam vt totos expãdat ſinus & dilatet affectus, ſic fidelem , vt fide Chriſtum concipiat,eius imitatione pariat, deuotione nutriat, & amore teneat : quẽ totus non capit orbis . O felicem virum qui illam obtinuerit : quia ad ſe diuinam maieſtatem inclinabit,creabit qui eum creauit & ipſum inde quẽ genuerit adorabit in ſpiritu & veritate:qa erit gaudiũ angelorũ , theſaurus regis,Chrĩ frater,& hitaculũ ſpũſſancti. Nihil ẽ iocũdius,tutius ac eo felicius q̃ bona fulget cõſciẽtia,q̃ diuino ardet amore,&bona decoratur volũtate. Et ſi.n.ꝓmat corpus,trahat mundus

terreat diabolus,verberibus ipſe lanietur , acu-
leo diſtendatur,exponatur flammis,gladio tru
cidetur,in crucis patibulo vitam finiat tempo-
ralem, ſemper erit lætus,ſecurus,fidelis, cōſtans
& vniuerſalis, & iocundus in domino .

Veræ pœnitentiæ amore captus ſuas omnes
iugulat voluntates ſciens ꝙ regnum cœlorum
vim patitur ꝙ violēti rapiunt illud , ꝙ q; tantū
quiſq; proficiet in via dei q̄tum ſibi vim intule
rit,q̄to feruore crucē portauerit ſe ipſum mor
tificauerit & deo obſecutus fuerit .

Veræ quem delectat pœnitentia affectat ha
bere in corde puritatem,in ore veritatem,& in
actione rectitudinem . Tanto rigore leges ſibi
imponit vt nullum membrū eas impune tranſ-
grediatur . Cum aliquod eorum rebellionem
tentat,baculo illud percutit.i.profundo Sanctę
crucis intuitu , iaculis increpationis confodit,
vel gladio detruncat mortificationis.Librū ſuæ
conſcientiæ ſecundum exemplar libri vitæ iugi
illius memoria ſtudet conſcribere eumq; cum
illo ſæpe confert vt ſi quid aliter continet cor
rigat,ne in illa vltima collatione abiiciatur.Si-
bi nimium diſplicet & deo placet.Sibi vileſcit &
deo charus eſt . O miſerabilem illorum infeli
citatem,qui & ſi multa ſcelera comiſerint non
erubeſcunt , ſi illa hominibus celare poſſunt,
ſed iuditiū propriæ cōſcientiæ ac dei conſpe-
ctum fugere nequeūt,quorum vita tota eſt aut
peccatum aut ſterilitas , qui ita edunt bibunt,
& ſecuri dormiunt ac ſi iam tranſierint diem iu
ditii & inferni tormenta . Sic rident & ducunt
in deliciis dies ſuos ac ſi iam regnent in patria

qui proximi facilius vitia q̃ virtutes intendũt, alios inſpiciunt & ſeipſos deſerunt,& multis vltro ſordeſcunt peccatis.

Veræ innixus pœnitentiæ ſæpe corde ſaluatorem alloquitur ei gratias agens de ſuæ conuerſionis beneficio puta. cum Ber. O bone Ieſu q̃ magna eſt clementia tua. Ego peccabam & tu diſſimulabas,prolongabam multo tempore iniquitatem meam, & tu iugiter tuam erga me exercebas pietatem: quia pœnitentiam & indulgẽtiam cogitabas Da ergo miſericordiam miſero, qui tamdiu pepercisti Crimino ſo. Conſcientia mea meretur damnationem,pœnitentia mea non ſufficit ad ſatisfactionem,ſed certũ eſt,ꝙ miſericordia tua delet omnem offenſionem. Poſt hac tibi fidelis ero,paratus ſum obedire,loquere domine quia audit ſeruus tuus. Ber.

Verus pœnitens ſtudet perfecte deflere proprias iniquitates,excitat in ſe remiſſam voluntatem,ſuſpirat ad amiſſam hereditatẽ,properat ad angelicam ſocietatẽ & ſibi repropiciari quærit diuinam maieſtatem. Contra prauas à diabolo Suggeſtas cogitationes ſe armat Chriſti crucifixi memoria,magni iuditii, propriæ mortis & infernalis ſupplicii, feruenti oratione, momẽtaneæ voluptatis cogitatione, & vera ſui cordis manifeſtatione coram aliquo ſpirituali patre. Peccatum enim proditum cito curatur & crimen tacendo ampliatur. Non minus erubeſcit pudenda cordis q̃ manifeſti operis. Non minus veretur ſordida mente exiſtente angelorum vultus q̃ hominum. Non minus timet dei offenſam imo plus q̃ debitum ſibi ſup

plicium. Non minus diuinam implere nititur voluntatem q̃ antea propriam amplexus, ė ſenſualitatem. Quicquid ſibi aduerſi contingit propriis aſcribit criminibus, illud de manu domini accipit, patienter ſuſtinet, & in ſpiritualem trahit vtilitatem.

Vera poenitentia eſt nunq̃ habere ſecuritatẽ de peccatis, quia ſecuritas excludit timorem & ſui cordis cuſtodiã. Parit negligẽtiã & ſępe incautum ad p̃terita vitia reducit. Non ſolũ grauia ſed & minuta cauet peccata ſciẽs ꝙ qui minima negligit paulatim defluit, & ex minutis guttis timenda flumina creſcere. Principiis cogitationum obſtat ſciens ꝙ praua cogitatio ſi animum occupat, parit delectationem, delectatio conſenſum, conſenſus actionem, actio, cõſuetudinem, conſuetudo neceſſitatẽ, & neceſſitas mortem. Quibuſcunq; eum offendentibus dimittit ſciens q̃ta ipſe contra deum comiſerit, & ꝙ fruſtra propiciari deum ſibi querit, qui cito placari proximo negligit, & quòd talem quiſq; indulgentiam à deo accepiet, qualem ipse in ſe peccaſti dederit. Non contriſtatur ſi ſtatim non obtinet quod à deo petit orando cognoſcens ſe quauis gratia indignum, & quòd ſæpe aliquos deus non exaudit ad voluntatem vt exaudiat ad ſalutem: vt perſeuerantiam probet & ad patientiam ac humilitatem eos exerceat.

Verę pœnitentię amore accenſus relinquit cetera, ſe ipsum diſcutit, in ſe conſiſtit, nec in alia diſtenditur ſe neglecto. Preter ad ſalutem ſuam pertinentia nil cogitat, reliqua ſi menti ſe

offerunt ſtatim reſpuit. Ab affectionum (quæ variæ ſunt in anima) qualitatibus & motibus non flectitur ſed illis dominatur, cellam ſui cordis nunquam ita egreditur, quin illicò in eam redire valeat. Summa animi induſtria ſa-tagit ſua præterita peccata deflere, pręſentia de clinare, futura pręuenire, bona amiſſa reparare, cuſtodire & multiplicare poſſeſſa. Cogitare non deſinit contra quę mala & vitia inſtantius vigilet, quibus culpis ſubiaceat, q̃tum proficiat in via dei regali vel deficiat. Et Chriſti vulne-ra, quæ per ipſo pertulit iugiter intuetur.

Vera pœnitentia ſuaue iugum ſubiens Chri-ſti non retardatur multorum conſcientia pec-catorum, quia illa vbi ſuper abundauerunt, ſuperabundare gratia conſueuit. Non pœ-nitentiæ auſteritate detterretur, quia non ſunt, vt ait Ber. condigne paſſiones huius temporis ad præteritā culpam, quæ remittitur, ad præ-ſentem conſolationis gratiam, quæ immitti-tur, & ad futuram gloriam quæ promittitur. Non difficultate deniq; aut tentationibus im-peditur: quia teſte Veritate nihil eſt impoſſi-bile credentibus, nil amantibus difficile, nil aſ-perum mitibus, & nil humilibus arduum repę-ritur: quibus gratia affert auxilium, ſanctum ſui ſuccurrit odium, & pedes ad currendam viam veloces reddit viuum patiendi deſideri-um, amor diuinæ iuſtitiæ & ſui cognitio.

Verus poenitens equum conſcendens ad peccatorum matrē & aduocatam confugit, eā ſępe inuocat & cogitat p̄ſertim cū alicuius paſ-ſionis aut tētationis aut tribulationis procella

concutitur, cum triſtitiæ baratro aut deſpera-
tionis abyſſo ſe abſorberi ſentit, cum conſcien-
tię fœditate confunditur & cum in aliquibus
periculis vel anguſtiis deprehenditur. Hæc ve
ri pœnitentis non recedit ab ore, non recedit
à corde. Ipſam ſequens non deuiat, ipſam ro-
gans teſte Ber. ſuper Miſſus eſt. Non deſperat,
Ber. ipſam cogitans non errat. Ipſa tenente non
corruit, ipſa protegente non metuit, ipſa duce
non fatigatur & tãdem ipſa propicia peruenit.

Vera pœnitentia omnia poteſt. Vnde Ci-
pryanus. O pœnitentia quid de te noui refe-
ram? Omnia ligata tu ſoluis. Omnia clauſa
Cypria. tu reſeras. Omnia aduerſa tu mitigas. Omnia
contraria tu ſanas. Omnia confuſa tu lucidas.
Omnia deſperata tu animas & penitentium lu-
ctum perpetui gaudii conſolatione compẽſas.

Verã agentibus pœnitentiã amabilis eſt di
ſciplina, quęlibet crux ſuauis, dulce ieiunium,
breuis vigilia, labor manum delectabilis, omnis
auſteritas refrigerium, lectio ſumma edificatio
profunda compunctio, lenis ſubiectio & obedi
entia deuotionis augmentum. Hi nunq̃ defi-
ciunt ſub quouis onere, cum circũspectione lo-
cuntur, cum intentione orant, cum feruore obe
diunt, & ad omnibus obſequendũ indies prom
ptiores conſpiciuntur. Reſartiunt animas,
recolligunt ſpiritum pernicioſam abiiciunt te-
piditatem, omnibus cedũt & omnibus ſubſunt,
ſemper hilares ſunt triſtes & gaudentes. Hilares
.ſ. in diuinis obſequiis, gaudentes in domino, &
triſtes propter illius offenſas. Læſi ſuſtinent,
ledentibus dilectionem oſtendunt, compatiun-

tur & ſi poſſunt beneficia conferunt. Pauper tatem cogitãtes, inqua æternus dei filius natus eſt, vixit, & mortuus eſt omnia ita Contemnunt vt neceſſariis etiam ſe indignos iudicent.

Vera pœnitentia eſt illa ſcala. Iacob quæ habebat tres gradus. ſ. contritionis, cõfeſſionis, & ſatisfactionis. Eſt illuminatio mentis, recon ciliatrix dei & hominis, medicina animæ, Vita mortificatorum operum, emundatio conſcientiæ, via ſalutis, reuocatrix gratiæ baptiſmalis, pactum cum deo bene viuendi factum, procura trix humiliationum, & opprobriorũ pro Chriſti nomine, cuiuslibet tribulationis volũtariaq; perpeſſio, odium omnis humanæ cõſolationis, Mater veræ confidentiæ, & ſecunda tabula poſt naufragium.

Vera pœnitentia eſt gloria & complacentia Trinitatis, lætitia Angelorum, gaudium Sanctorum, applicatio ad animam meritorum Chriſti, renouatio hominis, ſalus animarum teſte Aug. diſſipatrix vitiorum, reſtauratrix virtutum, pœna & oppugnatrix dæmonum, Vinculum dei quo amoroſe ligatur, obſtructio inferni & clauis paradiſi.

Vera poenitentia eſt peccatorum maculas in Chriſti ſanguine diluere mediante fide, humili ac integra confeſſione, quæ adeo neceſſaria eſt ad ſalutem ſi fieri poteſt, ꝙ ſine ea non prodeſt, ſi contemnitur ac vltro negligitur baptiſmus in adulto, Martyrium, conuerſio peccatorum, iniuriarum remiſſio, elemoſinarũ largitio & ſi quid aliud eſt, per quod crimen dimitti dicatur. Peccatorũ ergo oportet ꝙ te peniteat &

illa,ſi potes,ſacerdoti proprio detegas,ſi vis ſal uari. Et hereticus eſt qui confeſſionē reſpuens ſolam contritionem ſibi ſufficere credit ad ſa- lutem. Ad ſit ergo & dolor de peccatis & eo- rum confeſſio,vel propoſitum confitendi & rea liter ſatisfaciendi. Vera autem ſatisfactio eſt peccatorum cauſas excidere & earum ſugge- ſtionibus aditum non indulgere curat præteri ta peccata recōpēſando & pręſeruat ſe à futuris cauendo Veh his qui confiteri negligunt, veh abſcondentibus ſcelera ſua: Veh confeſſionis in tegritatem præ pudore violantibus. Quia mi ſericordiā nō conſequētur. O fratres quid pro deſt id celare homines quod deum non latet & angelos. Confiteamur ergo libenter pec- cata noſtra & deus ea proiiciet poſt tergum ſu um & emundabit nos ab omni iniquitate no- ſtra. Confeſſio autem debet eſſe ſimplex,humi lis,pura,fidelis. Atque frequens,nuda diſcreta libens,verecunda. Integra,ſecreta, lachryma bilis,accellerata fortis & accuſans & ſit parere parata. Super quas conditiones multa dicunt doctores. Ante Aduentum Chriſti ſufficiebat mentalis confeſſio,nunc autem deus homo fa- ctus eam vocaliter requirit ſibi fieri in ſuis mi- niſtris,quibus poteſtatem dedit animas ligandi atq; ſoluendi. Vult autem in confeſſ. ſalubri- ter nos confundi ne confundamur in futuro & ne diabolus habeat ante tribunal ſuum quod nobis obiiciat. Confeſſio autem conuenien- ter inſtituta eſt, vt homo, qui in ſua poteſta- te poſitus à deo diſceſſerat ſub alio ideſt ſa- cerdote poſitus ad eum redeat. In illius ergo

tanquam iudicis poteſtate ſe omnino ponat poenitens nil ſibi reſeruans. Non igitur omittat homo confeſſionem erubeſcẽtia victus, quæ eſt maxima pars ſatisfactionis cum omnia præſertim nuda ſint & aperta oculis dei, & quia fit dignus miſericordia qui erubeſcit pro Chr̃o. Et quanto pluribus, inquit Auguſti. quis ſpe veniẹ confitetur criminis ſui turpitudinem tanto facilius conſequitur gratiam remiſſionis. Vnde aliqui ſancti conſuluerunt eorundẽ peccatorum iterare confeſſionem (licet id non ſit de neceſſitate ſalutis) tum quia neſcit homo an in prima confeſſione ſufficienter contritus fuerit, tum quia maior humilitas & erubeſcentia meritum cauſat & acquirit, tum quia in omni tali confeſſione tollitur virtute ſacramẽti ac clauiũ aliquid de pœna & cõfertur aliqua gratia. Vnde poſſet aliquibus toties confiteri, quòd tandem nil remaneret de pœna, & inde multũ gratia augeretur. Quia autem poena quã peccator debet ſuſtinere excedit omnes vires eius ideo voluit deus ex ſua mãgna miſericordia vt pro eo ſatisfaciat primo meritum Chriſti paſſionis. Secondo meritum totius eccleſiẹ. Tertio propria ſatisfactio. Qui verã ergo à deo vult conſequi indulgentiam, vt hic libellus conſulit, agat poenitentiam.

Veram poenitentiã parit conſideratio grauitatis ſuarum culparum, fœditatis & multitudinis. O peccator cogita etiam quid peccando perdidiſti ac incurriſti, & quem offendiſti. Perdidiſti enim amicitiam totius trinitatis, angelorum, & Sanctorum omnium, decorem

animæ,ſtatum gratiæ,& ſuffragium eccleſię. Incurriſti laqueos fortiſſimos, hoſtes crudeliſſimos,ſtatū periculoſum,horribile præcipitium, defectum gratiæ, & mortem animæ: offendiſti eum qui te creauit & redemit,qui tot tibi contulit beneficia & ęterna promittit præmia. Si ergo ſola peccati turpitudo ad pœnitentiam te non excitat,ad eam ſaltim te inflammet promiſſa gloria. Ait enim ipſe dominus. Agite pœnitentiam appropinquabit enim regnum coelorum. Cogita,o peccator quomodo poſt poenitentiam Dauid euaſit homo ſecundum cor dei.Nabuchodonoſor ita ſanitati regnoq; reſtitutus eſt, vt ampliorem honorem adeptus ſit poenitendo q̃ amiſerat peccādo, quomodo Niniuitæ deum coegerunt mutare ſententiam. Quomodo latro de Cruce euolauit ad patriam. Petrus de Chriſti negatore princeps conſtituitur apoſtolorum, Paulus fit de perſecutore vas electionis. Mattheus ad apoſtolatum vocatur de Thelonio. Ex fœneratore Chriſti hoſpes fit zacheus. Publicanus ex peccatore redit iuſtificatus, & Magdalena in feruentem Chriſti apoſtolam eligitur.

Veram ergo agamus pœnitentiam, ſeruiamus domino poſt hac in timore,in confeſſione & pſalmis iubilemus ei,emendemus vias noſtras & exuamus veterem hominem deponētes omne pondus & circūſtans nos peccatum. Quanto feruore euigilaret mens noſtra, ſi ſe ipſam cognoſceret, intueretur ac diſcuteret, ſi omnes: quas patitur impugnationes conſpiceret, & ſi naturales ſuas: quibus ſubdita eſt,inclina

tiones perfecte detegeret. Gula nãq; ſæpe nos maculat, deturpat luxuria, torquet inuidia, ſuperbia extollit, ira præcipitat, inanis gloria depaſcitur, auaritia captiuos detinet, accidia diripit & triſtitia deprimit. Sed de eorum ſingulis vitiorum aliqua altiori ſtilo vt doctioribus ſatisfaciam pie lector ad laudẽ dei & tui edificationem breuiter diſceremus, vt àquo malo nos liberari oporteat clarius conſpicias.i.à ſe ipso. Hinc rectiſſime Chriſoſtomus ſcribit. Nemo leditur niſi à ſeipſo. Diſcretis ieiuniis ſe maceret. In humilitate ac patientia ſtudeat, & gulam cohibeat qui contra rebellatricem carnem victoriam conſequi peroptat. Deuicta ventris concupiſcentia ſuperiorũ certaminũ Chriſtianus conflictu dignus efficitur: & cum carnaliũ deſideriorum incentiua peremerit ſpiritalibus nequitiis congredi poterit. Et quia nondũ carnem corporali caſtigatione deuicit, in ſpirituali agone legitime non certat. Carnis autem facile ſpernet illecebras, cuius mens diuinę contemplationi defixa amore virtutum potius & pulchritudine cœleſtium delectatur. Cuius inquam à caſto rigore interioris hominis oculus nunq̃ deuiauerit, ad quem ſemel vel bis eum dirigere non ſufficit. Et qui ad ſpiritus contra carnem non aſpirat libertatem robuſtiori pugna ſe reddit indignum, quia conflictu leuiore deiicitur. Vera Caſtitas ex reali gulæ mortificatione dignoſcitur. Et toties ad amariſſimum Chriſti fel reducatur memoria, quoties gulæ vitium receſſibus noſtri cordis irrepſerit. Mortificationis autem corporis men

De naturalibus vitiis.

Chriſo.

De gula.

ſura cõſciẽtię,ne ſeipſum quis inaniter ſeducat, iuditio conformis exiſtat,& ſit quantùm virtus diſcretionis expoſcit. Plures.n.ex ieiuniis ſuis laſſitudinẽ potius corporis, quam caſtitatis pu ritatem referunt. Nonnullorum diſtricta ad tempus ſunt ieiunia, ſed ſuccedente ſuperflua remiſſione ac ventris ingluuie in gulæ vitium deſinunt ac protinus collabuntur. Aliqui ve ro deducti à veritatis lumine iugem temperan tiæ æqualitatem tenere conantur. Qui autem immoderata ſe macerant inedia perdunt Men tis conſtantiã,laſſitudine corporis vigorẽ ener uant orationis. Et ab inani gloria ſæpe vaſtan tur. Perit iuditium. Aſmodeus præualet,ven ter facile deſpumat in libidinem, mens corpo re comprimitur, animus dei contemplatione diſpoliatur,intellectus pernicioſa induitur coe citate.Interioris hominis perit integritas,& vir tutum candor violatur, vbi corpus ciborum pondere præfocatur. Non qualitas ſola cibo rum ſed etiam quantitas aciem cordis obtũdit. Vniformis in cunctis abſtinentiæ regula cuſto diri non poteſt,quia nec vnum ac idem corpo ris robur omnibus ineſſe cõſpicimus.Sicut nul li hominum ſtatui ſobrietatis virtus adimitur, ita nulli integritatis conſumatio denegatur. Carnis cura non penitus interdicitur, ſed illa tantum: quæ fit in deſideriis prohibetur. Qui vult virtutum pręſentia decorari,quã primum contra gulam certamen ineat. Qui extra men ſam tranſacta ſufficienti refectione aliquid su meri præsumit,vel delectationis cauſa dũtaxat principaliter mouetur ad cibum aut potum,

vel

vel nimia auiditate ſe reficit, vel notabiliter ſuperflua percipit, idq; ab eo ex cõſuetudine pro nihilo habetur, gulę captiuus eſſe conuincitur. Qui gulã nõ cõpeſcit occultas concupiſcentias nõ poterit debellare. Ieiunium animæ ieiunio viſibilium ciborum copuletur. i. dum abſtinet corpus ab eſcis illa abſtineat à vitijs (quę ipſius noxii ſunt cibi: quibus ſæpe ad ſpiritualis ruinæ prærupta deuoluitur, & cœleſtis panis expers relinquitur.) Quia nil homini proderit corporalis afflictio eius ꝑcioſiore parte corrupta, in qua per fidẽ Chriſtus habitare dignoſcitur. Chriſtiani cibus eſt qui hominum vſui cõmunis eſt, qui minus ſuccendit, qui facilius reperitur, & qui refectionem potius neceſſariam pariat q̃ ſuperfluam delectationem. Guloſus eſſe præſumitur qui legitimam refectionis horam præuenit vel ventris ingluuie ac ſaturitate quarumlibet gaudet eſcarum, vel accuratioribus epulis ac eſculentioribus oblectatur. Qui autẽ ieiunat manducantẽ nõ iudicet. Dño. n. quiſq; ſuo ſtat aut cadit. Sed vt rẽ paucis abſoluã, q̃tũ poſſum quẽlibet perhortor, vt gulã pro viribus impugnet, efficiatq; ꝙ omniũ carnaliũ vitiorũ emendationẽ obtineat; quibus expulſis cordis oculi confeſtim velut quodam ſublato velamine cœleſtia incipiũt cõtẽplari. Auaritiã quoq; deuincat opus eſt, quæ in nobis ex naturæ oboritur corruptione, qui verus Chr̃i athleta eſſe peroptat. Hæc animã captiuã detinet, dũ deũ ipſa tepido amore proſequitur. Hæc eſt malorũ radix, ac virtutũ fuga, & multiplices fructificat fomites vitiorũ. Hæc plures ex religionis clauſtro

Eph. 3.

Rom. 12.

aſportat ad ſeculū,laicos ſæpe abducit à verita
tis ac iuſtitiæ tramite & in anima omnes virtu
tes impedit. Hac plures errarunt à fide,timorē
dei conſcientiāq; proculcant & propriȩ ſalutis
immemores fiunt. Hæc pauperes quæ non
habent deſiderare & nonnullos incipientes,quȩ
ſemel abiecerant,reſumere compellit. Hæc di
uites torquet labore,dum pecunias cumulare
conantur,timore,dum eas poſſident & dolore
non mediocri cum illas amittunt. Hæc quos
ſemel infecit diffidentiæ filios reddit, aliquos
abrenunciantium cunctis mundi facultatibus
ſe ſpoliare non ſinit & quos captiuos detinet
ad euangelicam perfectionem nunq̃ peruenire
concedit. Huius morbo homo ſi notabiliter
adhuc moriens laborat æterna maledictione
perfunditur,viuens dei gratiam poſſidere non
meretur,& in interiorē ſterilitatem collabitur.
Hac deuicti erubeſcunt pro Christo cum ipſo
glorioſam ſuſcipere nuditatem,Dei legem trāſ-
gredi non verentur,& neceſſitatibus,pauperum
ſubuenire recuſant. Heu q̃ rari ſunt hodie qui
voluntariam ſubeāt paupertatem qui cum pau
lo terrena arbitrentur vt ſtercora, qui quotti-
dianum victum opere proprio libenter con-
quirant,qui iactent cogitatum ſuum in domi-
num, vt eos enutriat, & qui affectum auaritiæ
inordinatum à ſeipſis radicitus amputauerint.
Non.n.teſte caſſiano proderit pecunias non ha
bere,ſi voluntas in nobis fuerit poſſidendi.
Heu quot hodie reperiūtur, qui paupertatis an
guſtias tolerarunt & eius fructus prauæ volun-
tatis vitio perdiderūt qui terrenis potius q̃ cœ

leſtibus inhiant,& qui dum volunt diuites fieri in laqueos diaboli incidunt,ab eoq; interius diripiuntur & ab ęternis bonis excidunt. Auaritiæ ergo quam primum mortem inferre ſtudeamus. Quia nullam hominem honeſtatis regulam cuſtodire permittit nec vlla quæſtus adiectione ſatiari, quia eius magnitudo vniuerſas diuitiarum moles exuperat. Nihil de craſtino igitur cogitans Chriſtianus per quod dei incurrat offenſam immaculatum pro viribus ſe cuſtodiat ab hoc ſęculo. Fornicationis quoq; venenum excludere,inſtabiles cordis ac immundas per vagationes coercere & carnis petulantiam reprimere conemur, vt rationis arbitrio ac ſpiritus imperio famuletur. Contra hunc ſpiritum,à quo anima noſtra fit Babylon,ſumamus ſcutum fidei, galeam ſpei, loricam charitatis & induamur arma lucis,quo deus pacis ſanctificet nos,vt ſpiritus noſter,anima & corpus ſine querella in aduētu domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur. Quo inquam ſpiritus vacet ſupernę contemplationi,anima intendat internę mūdationi, & corpus exerceatur in vera Mortificatione. Qui.n.Chriſti ſunt carnem ſuam crucifigunt cum vitiis & concupiſcentiis ſuis.Contra hunc ſpiritum Audiamus deum admonentem,inſpirantem,blandientē,minantem & bene facientem. Aliter de nobis conquęretur Dicēs apud ſapientem. Vocaui & renuiſtis,extēdi manum meam & non fuit qui aſpiceret,& deſpexiſtis omne conſilium meum. Ego quoq; in interitu veſtro ridebo,cum venerit repentina calamitas & interitus quaſi tempeſtas ingruerit.

Contra hunc ſpiritum occupet ſe totum homo in dei laudem,in edificationem proximi,in verã Chriſti imitationem & proprii cordis cuſtodiã. Sic nutriatur caro, vt ſeruiat & ſic dometur vt non ſuperbiat. Nemo de ſe ipſo confidat,proximum deſpiciat,& velit conſolari in terris vt ad ueras tranſire mereatur delitias. Delicata
Ber. enim eſt diuina gratia: que non datur admittentibus alienam. Contra hunc ſpiritum quilibet inſtanter ſe teneat in timore domini, ne ſubuertatur domus ſua,ne in vacuum gratiam dei recipiat,ne currat in incertum & certando
1.Cor.9. aerem verberet. Contra hunc ſpiritum pro-
&.2.6. grediamur iugi Chriſti mortis memoria (quis .n.voluptati operam daret videns dominum ſuum torqueri in Crucis patibulo?) corporis afflictione,cordis contritione, fuga,ſolitudine, humilitate,patientia & feruenti oratione, qua in virtute dei homo peſtiferũ,ferè concupiſcentię fomitem radicitus poteſt eruere in affectũq; integritatis ac incorruptionis tranſire. Qui autem impugnationem carnis vel metu gehennæ vel deſiderio ſolum regni cœlorum compeſcunt,caſtitatem ipſam ne à limine quidem adhuc eos ſalutaſſe cenſeo. Contra hoc vitium nullus victoriam perfecte poterit obtinere,niſi domini fuerit auxilio ac protectione ſuffultus & ſe bellum gerere ſupra vires ſuas agnouerit. Qui in lege dei meditatur die ac nocte, ſpirituali ſcientia fulget, propriam iugulauit voluntatem & deo ſe totum obtulit, breui veræ Caſtitatis poſſeſſor exiſtet: quæ patrum ſententia ac ipſius purgationis experimento pecu

liare beneficium dei ac ſpirituale donum eſſe manifeſtiſſime declaratur: ſicut in omnibus virtutum profectibus & cunctorum expugnatione vitiorum eiuſdem gratia & victoria eſſe conſpicitur. In carne einm præter carnem viuere & carnis aculeos non ſentire angelicum eſt non humanum. Quis ergo gloriari poterit ſuis ſe pennis ad tam ſublimem ſtatū ſubuolare poſſe nigratia domini eum adhuc in corpore commorantem, vt de carne exire videatur carne tamen circūndatus remanens de corporis ceno munere eduxerit caſtitatis? Huius virtutis candore homines decorati imitatione conuerſationis angelis ferè coæquantur. Caſtitatis amator ſic viuat ꝙ quottidianis exercitiis inde profectus ipſius accreſcat, ꝙ promiſſa præmia victoriæ laude conquirat & veram ſoliditatem pudicitiæ conſequatur: quam ſæpe fallax noxiæ voluptatis imago corrumpit. Cordis latebras lachrimis expiemus, vt integritatem in arcanis conſcientiæ poſſideamus: in qua dominus vt arbiter reſidet. Nocturna colluuies & fallacis imaginis illuſio & ſi ad plenam peccati noxam minime computētur morbi intrinſecus latentis inditium ſunt præſertim ſi cordi illicitæ cogitationes frequēter obrepunt. Perfectā carnis puritatē ſine cordis munditia & hāc ſine illius Mortificatione aliquis nunq̄ poterit obtinere. Cū perſubtilem diabolicę calliditatis ſuggeſtionē rei turpis memoria cordis clauſtrū irruperit de illius receſſibus eā q̄ primū extrudere feſtinemus ne nos ī ea diutius immoratos deuoluat ad culpam. Et ſi antiquus ſerpens in

animam noſtram ſerpercre temptet eum tamē non ſinamus per negligentiam penetrare ac oblectationis aſſenſum. Aliter cum ſe ipſum totum inſeruerit morſu virulento mentem interimet captiuatam. Huius vitii Paruuli, quos allidere debemus ad petram, ſi dum tenerrimi
Hiero. ſunt iuxta Hieronimi ac prophetæ conſilium
Pſal. non fuerint enecati, paulatim in pernitiem noſtram validiores inſurgent. Sicut caſtitas ipſa
1. Thes. 4. ab apoſtolo ſanctimonia nūcupatur ita immunditiæ vitium beſtialitas iure poterit appellari. Et quia ſine ſanctimonia nemo videbit deū, eam
Hebr. 12. humiliter ſectemur. Hæc mirabili quoniam fulget excellentia grauioribus aduerſariorum inſidiis laceſſitur, ſed viriliter agamus & cōfortetur cor noſtrū, qui aeorū incendium rore ſancti ſpiritus extinguetur. Sine hac ſpiritualis ſciētia, qua homo ſibimet innoteſcit, acquiri non poteſt, ſicut & ipſa ſine humilitate obtineri non ſolet. Heu hodie quot turpiter à carnis trahi ſe permittunt illecebris. Hi cogitent quam momentaneum ſit: quod delectęt ęternum quod cruciat, q̄ cito euolat eis ex ipſis cœpta iocunditas, & quam miſerabilem carnales captiuitatē incurrant. Quantum poſt delictum ſe immundos ac ſordidatos ducant, q̄to ſe ipſos priuent præmio, & qualiter poſtq̄ redempti ſunt pręcioſiſſimo Chriſti ſanguine ſe venales demonibus exponunt. Hi viuentes lugendi ſunt, quia verā vitam cum mortali culpa commutarunt. Deo placet caſtitas, quam parit non neceſſitas, ſed
33.4.5. voluntas. 33.4.5. Qui ſitit. Caſtitas mentis non aufertur cum corpori vis infertur. Mentem

enim non vis maculat teſte Ambroſio ſed volū Ambro.
tas. Nullus inquit Aug.in carne violatur,cum Aug.
turpiter carne non vtitur voluntas patientis,
ſed ſine conſenſu tolleratur,quod alius opera
tur. De hoc videat qui vult in cauſa.32.4.5. 23.4.5.
Ordini ſacro caſtitas ē annexa, licet plures ho
die eius candorē negligant.84. diſt. Cum in 84.diſt.
præterito. Et qui hanc violant poſtq̄ eam ſe-
mel deo deuouerunt damnationem incurrunt.
27.4,1.c.1. Quia fidem primam irritam fece- 27.4.1.
runt. Quilibet ergo eccleſiaſticorum ſe caſtū
exhibeat integer pro poſſe permaneat ac cum
dei adiutorio ſe irreprehenſibilem operariūq;
inconfuſibilem reddat,vt non vituperetur mi-
niſterium noſtrum. Sed ad reliqua vitia pro-
grediamur. Ira de receſſibus noſtri cordis pe
nitus eruatur ſi deo vitam degētes in terris pla
cere peroptamus. Menti.n. noſtræ dum illa
inſidet interioris hominis oculus obcœcatur,
rationis perit iuditium, ſanctæ impeditur con
templationis intuitus & conſilii maturitas de-
mitur. Iniuſtis ergo nec iuſtis decauſis teſte
caſſiano licet iraſci,quia in irę amaritudine ad Caſſia.
deum non poſſumus præces effundere. Omnis
ideo indignationis occaſio poenitus ampute-
tur. Nec ſufficit q̄ iræ furor cohibeatur ex
terius, niſi de interiori domo animæ radicitus
euellatur, vbi cor noſtrum patet oculis cuncta
cernentis. Ab ira peccati,qua naturaliter fui
mus filii iræ non liberatur quis niſi per fidem
Chriſti.de conſec.diſt.4. firmiſſime. Ibi Aug. De cōſec.
pio lectori ſatisfaciet. Ira furor breuis eſt, qui diſt.4.
ſæpe ea facit cōmittere de quibus homo poſt-

modū non mediocri dolore conficitur. 11.4.3.
11.4.3. Cum apud. Sed heu quot hodie præ furore
ſolent ex rectoribus præcipitare ſentētiam? Ta
les ergo ab ira caueant, quia dei iuſtitiam non
operatur. Ibidem. c. Sumopere &. c. Epſ preſ-
biter. Ira habet tres gradus. ſ. in animo, in ex-
teriori ſigno & in contumelioſo verbo. Ira ſe-
cundum Damaſcenum eſt accenſio ſanguinis
circa cor. Verus Chriſtianus non iraſcitur
& ſi aliqua ſuſtineat aduerſa, quia iram ſubiecit
rationi. Mala ira fuit Cayn, quando eum tor-
quebat iuidia quia dominus aſpexerat ad Abel
Gen.4. & ad munera eius. Saulis, quando audiuit poſt
victoriam Dauid commendari. Achab regis,
1.Reg.18. quando indignatus frendebat dentibus ſuper
verbum Naboth. Naaman quando ſtatim non
3.Reg.25. admiſit ſalubre Heliſei conſilium. Anthiochi
quando audiuit prælia Iudæ & victoriam. Et
4.Reg.5. Hærodis quando ſe vidit à magis illuſum. Lau
1.Mac.3. dabilis ira fuit Moyſis, quando exiuit à Pharao
Mat.2. ne irratus nimis, quādo videns vitulum ad radi
Exo. 11. ces montis proiectas confregit tabulas, & quan
& 32. do vidit rebellionem Chore ac complicum
eius. Et domini cum flagellum fecit de funi
Num.16. culis. Non patiens eſt qui non iraſcitur, poſtq̄
in ſolitudinem ſe recepit, dum nullius hominū
miſcetur conſortio ab ira deuincēdus, cū inter
Ioan.11. pellauerit cuiuslibet cōmotionis occaſio. Tunc
.n. ira, quæ latebat velut equus in frenis longio
re ocio nutritus acrius prorumpit ad perni-
ciem. Nonnulli dum in alios erroris ſui con-
uertunt cauſas haud vnq̄ ad patientiæ perfe-
ctionem poterunt peruenire, quia interior

proprii cordis tranquillitas non in aliena ſed in noſtra virtute conſiſtit. Et qui vult laudabiliter iraſci contra ſibi ſubiectorum vitia prudenter inuehatur & in ſeipſum diſcrete cum aberrat iram viriliter ſuſcipiat, & ſi ceteris non vult parcere virtutum zelo nec ſibi parcat. Et ſic iraſcatur contra proximum quòd ſol non occidat ſuper iracundiam ſuam ideſt quòd lumen rationis non extinguatur. Non demus ergo locum iræ per cordis ex charitate dilatationem, ne pectora noſtra anguſtiis puſilanimitatis arctata iracundiæ turbulentis æſtibus oppleantur. Sed omnis ira & indignatio tollatur à nobis. Et charitas dei diffuſa ſit in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum, qui habitet in nobis. Charitas autem patiens eſt: benigna eſt, omnia ſuffert: omnia ſuſtinet, nunquam excidit & tantæ nobilitatis eſt, quòd nil ei Creatum eſt præponendum. Deus ſiquidem charitas eſt: qui manet in charitate in deo manet & deus in eo. Sit ergo quilibet tardus ad iram, promptus ad omnia ſuſtinenda & fundatus ſuper firmam Crucis petram ne præcipiti furore raptetur, ſed commotioni alterius humili ac tranquilla mente ſuccumbat & quodammodo in corde ſuo qualibet ſe dignum profitens iniuria impatientiæ ſeuienti obſequatur. Aduerſa omnia de manu domini reuerenter ſuſcipiat humilitate perſequentium iram cōſtringat & patientia. Reſponſio enim mollis extinguit irā: ſicut ſermo durus ſuſcitat furorem. Corporales infirmitates viriliter ferat, quibus

Rom. 12. &. 5.

Eph. 4.

1. Cor. 13.

1. Ioan. 4.

Pou. 15.

plures animæ ſanitatem conſecuntur. dulce
dinē Chriſtianæ virtutis,ſeruet in corde & ama
ritudinem præſentium non ſentiet iurgiorum.
Cuſtodiat vias ſuas vt non delinquat in lingua
Pſal.38. ſua. Ponat ori ſuo cuſtodiā cum conſiſtet pec
Eccl.7. cator aduerſus eum. Non feſtinet in ſpiritu
ſuo iraſci, ne eum peniteat in nouiſſimo. Ad
uerſus ſe iracundiā fratris & ſine ratione con
ceptam eodem modo quo ſuam curare deſi-
deret ſciens ſecundum ſacros doctores æquali
ter ſibi alterius pernicioſam eſſe triſtitiam,ac ſi
aduerſus alium ipſe moueatur, niſi eam q̄tum
in ſe eſt de fratris mente depulerit. Vt patien
tiam facilius ſeruet ſe de hoc ſæculo quottidię
Seneca. credat migraturum. Quottidie.n.nobis aliqua
pars vitæ demitur & hunc quoq; diem iam cum
morte diuidimus. Latet vnus dies, vt omnes
obſeruentur dies. Omnia quāuis ſibi tempo
raliter vtilia poſtponat bono charitatis. Pacis
integritatem cum omnibus præſertim bonis in
uiolabilem ſeruet,& ſuas omnes, q̄tum in ſe eſt
volūtates reſecare ac omnes diſcidii cauſas am
putare ſtudeat. Ire perturbationem deuitet,
vt dilectionis tranquillitatem illibatam teneat.
Illa nil pernicioſius & hac nihil vtilius à ſanctis
eſſe cenſetur. Honore omnes præueniat, om-
nibus pluſquam ſibi virtutes aſcribat ſciens
præceptum domini eſſe, vt nos inuicem diliga
mus,Neminem odio habendum,& quoſdā plus
Cant.2. ceteris meritorum iure diligendos. Deus enim
in eccleſia ſua ordinauit charitatem. Conceptā
amaritudinem in corde cuiuſuis fratris delinī
te ac fomitem iurgiorū extinguere conetur.

Aliqui ſeipſos ſeducunt putantes externis po-
tius q̄ domeſticis impendendam eſſe patientiā
& proximum ad maiorem iracundiam ſilentio
accendentes,quam humili ſatisfatione diluere
potuiſſent. Sæpe ficta patientia acrius ad ira
cundiā q̄ ſermo ſuccendit: & atrociſſimas ver
borum tranſcendit iniurias maligna taciturni
tas. Leuiuſq; tollerantur inimicorum vulnè
ra q̄ irridentium ſubdola blandimenta. Extin
guamus iram,quæ feris nos ſimiles reddit. Illæ
tamen cum ſemel manſuefactæ fuerint ſuam
ſeruant legem, nos autem poſtq̄ ſępe mitigati
fuimus rurſum efferamur. Quis furor (inquit
Chriſoſtomus) ex naturalibus ita ſenſibus facit Chriſo.
excedere ſicut iræ conſternatio, propter quam
plures etiam corporales morbos incurrunt?
Vis intueri iræ malignitatem? Ex ira aliquādo
verbum aliquis emittit, quod omnem ipſius vi
tam ſubuertit, omnes exhaurit pecunias & ſin
gulos amicos imprudēter exponit. Quid plura
ſi ei ante mortem poenitentia non ſubuenerit
ab æternis bonis excluditur. Ira velut equus
infrenis ſeſſorem.i.animum præcipitat, totum
ſæpe interiorem hominem deprædatur & ad
culmen (ni alæ ipſius amputentur) vitiorum
extollitur. Mentē inſuauem reddit, frequen
ter corpus perdit & corrumpit animam. Vbi
ira tumet ſpiritus ſanctus fugam arripit, quia
factus eſt in pace locus eius. Incaſſum orat Pſal.75.
qui contra proximum ira vexatur,irrationaliū
opera facit,& ſeipſum ſpiritualiter vt præcipi
ti furore correptus perimit. Iracundus iniuria
rum memoria quaſi quodam iugiter domeſti

co tortore torquetur. Libenter ergo propter Chriſtum dimittat lędẽtibus & ab interiori ſupplicio ſeipſum abſoluet. In ſuis viſceribus ferã includit qui iram detinet, quæ velut tinea ſoliditatem mentis corrodit. Contemptibilis hominis eſt ab ira deuinci. Verus Chriſti amator & ſi vndiq; in eum confluant contumeliæ, opprobria peruolent, & ſibi à cunctis inſultetur æquo animo ſuſtinet, non vlciſcitur & ſi poſſit, ſed potius compatitur à quibus patitur, orat pro calumniantibus & perſequentibus ſe & illis benefacit qui oderunt eum. Imo illos tanto maiori dilectione complectitur, quanto acrius contra ſeipſum inuehi conſpicit. Intueamur Sanctos obſecro, qui tanto feruore illos à proprio abducebant errore, ad agnitionem fidei trahebant ac veritatis & ſpiritualibus circundabant beneficiis, qui ipſos iniuriis affecerunt. Vincebant percuſſi, ſuperabant deiecti, & eos patientes mirabilis victoria decorabat. Siquis ergo ò pie lector tibi maledicit, tu ei benedicas, conuitiatur lauda, inſidiatur ſuſtine, & oratione interiorem eius vitam cũ martiribus procures à quibus occideris. Contra hoc vitium immorati ſumus magis q̃ contra reliqua, quia inter cætera plures hodie captiuos detinet, ſuo inficit veneno & furoris gladio perfodit. Ira excœcat intellectum, voluntatem perturbat, ſuperbiã roborat, coinquinat cor & hominem incompoſitum reddit. Qui vult iræ mortem inferre cogitet quid pro ſe paſſus ſit ad crucis patibulum qui nos inuitat ad præmium, ſe ipſum diſcutiat vt quid pati debeat

Aug.

clarius intueatur. Et ſciat ꝙ per multas tribu
lationes oportet nos introire in regnum dei
qui electos ſuos vocat ad crucé nō ad delitias.

Triſtitiam quoq; de medio tollamus, quia
excicat oſſa, animam à diuinæ contéplationis
retrahit intuitu, mentem à ſuæ puritatis ſtatu
deiicit, cor labefactat & deprimit, lectionem ſa
cram inſuauem reddit, orationem impedit, &
hominem ad omnia impatienté aſperumq; ef-
ficit. Pœnali deſperatione replet, in aduerſis
frangit & puſilanimitate obruit. Hoc vitio
qui laborat in tentationibus ſuccumbit, in do-
loribus confunditur, & inaduerſis deficit, cum
tamē abſq; tribulatione regnum cœleſte acqui-
ri non poſſit, & pati apud deum propter ipſum
maius ſit q̄ bene facere. Ei qui libéter patitur,
dum gratias agit deo cū Iob dicens. Sit nomen Iob.1.
domini benedictum, omnia aduerſa cooperan-
tur in bonum. Si à proximo aliquid pateris,
nō tu: ſed ille qui male facit iniuriam ſuſtinet.
Sicut Apis immoritur aculeo, ſic qui te ledit
proprio immoritur peccato. Anima.n.quę pec Eze.18.
cat, ipſa morietur. Si aliqua tibi incumbit infir
mitas, dum patitur corpus, expurgatur anima.
Si magna tibi imminet tribulatio, lætare, quia
in ea te erudiet dn̄s. Tm̄ hoc humiliter profe
ras.ſ.Pater noſter qui es in cœlis, libera nos à
malo.i.à peccato mortalis triſtitiæ & impatiē
tiæ. Si vndiq; tibi ſunt Anguſtiæ, arctā eſſe viā,
quæ ducit ad vitam te non præterit. Si te in
aliquo humiliauit altiſſimus, dic cum Dauid
gratias agens. Bonum mihi domine, quia hu-
miliaſti me, vt diſcam iuſtificationes tuas. Si

Crucem pro aliis defers & Crucem pro te do-
minus ſuſtinuit. Patere ergo cum ſanctis, qui
ibant gaudentes,cum digni habebātur pro no
mine Ieſu pati. Si cœleſtia cum illis peroptas
aſſequi cur viam refugis, quam ipſi deambula
runt,illuc feruentem? Num es melior Paulo,
Petro & ceteris apoſtolis, qui innumeras ꝑpeſſi
Luc.22. ſunt tribulationes? Num innocentior es Chri-
ſto,quem oportuit pati & ita intrare in gloriā
ſuam? Non te ergo, cum pateris triſtitia tor
queat. angat & laceret ſed cū humilitate te refi-
ciat patientia. Triſtitia gignitur vel ex præce
dentis iræ vitio,vel quia de aliqua ſpe mente
concepta excidimus, vel quia in eam demonis
arte corruimus,vel quia in aliquibus noſtra vo
luntas infringitur.Hæc cū cordis noſtri receſ-
ſus felle ſuæ amaritudinis occupat etiam ami-
cis à nobis grata non redditur reſpōſio. Huius
flumen cum mentem noſtram alluit,diuerſi in
nobis commotionum ſtimuli excitantur,paula
tim in perniciē recidimus & deſperatio obuol-
uit in cautos eis q; mortis iniicit laqueos. Pro-
pter triſtitiam videtur amarum iugum Chriſti
& onus eius graue (quod tamen ſuaue eſt & le
Matt.11. ue) dum nos illa ſuis aculeis dilacerat. Verus
autem Chriſti amator omnia non ſolum patiē-
ter ſed iocūdiſſime ſuſtinet.Ex culpa hominis
dominici iugi mirifica ſuauitas amara videtur
& diuini oneris tam iocunda leuitas ingraue-
ſcit. Nil graue vnq̄ poterit eſſe, (& ſi intus
torqueat triſtitia,inuehatur hoſtis,& mūdus de
ſerat) nil durum ei qui iugum domini tota mē
te ſuſcepit, qui ad illius reſpiciens paſſiones,in

omnibus:quæ ſibi fuerint irrogatæ. Lętatur iniuriis,qui euangelica nuditate glorioſus vniuerſas huius mundi reſpuit facultates, qui ſuas omnes amputauit voluntates, qui terrena omnia arbitratur vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciat,qui cũ apoſtolo gloriatur in ieiuniis multis:in fame & ſiti, in frigore & nuditate: qui omnibus aduerſis pro Chriſti nomine gratãter occurrit,& qui exultans optat,vt dignus habeatur pronomine Chriſti contumeliam pati. 2.Cor.11. Act.5.

Triſtitia duplex eſt vna.ſ.laudabilis & altera diabolica. Illa parit vitam: hæc mortem.Illa veram pœnitentiam operatur, hæc animi deiectionem, puſilanimitatem & deſperationem. Illa eſt affabilitate,manſuetudine ac humilitate decorata,dulcedine,ſuauitate ac patientia.Hæc autem eſt aſperitate,impatientia, amaritudine & infructuoſo merore perfuſa. Illa hominem ſpe ſui profectus vegetat, contritum reddit ac feruentem & interiori reficit tranquillitate. Hæc vitales ſpiritus fructus euacuat, orationis efficatiam intercipit, & irrationabilitatẽ quandam menti inſerit. Illa Chriſtianæ perfectionis ſtudium ac futurorum deſiderium cõtinet, Hæc in via captiuos ſuos appropinquare facit vſq; ad portas mortis. Illa igitur peroptanda hæc autem de corde noſtro lachrimis & orationibus poenitus excludenda. Naturalis triſtitia eſt qua homo naturaliter cum re amata priuatur,protinus conficitur. Hæc a ratione, cui omnes animi paſſiones ſubeſſe debent, eſt moderanda. Hæc dum eſt in primo motu paſſionis nec vltra progreditur non eſt peccatum.

Ex naturali triſtitia Chriſtus ab aliquo bono ne ad momentũ quidẽ tẽporis ſe ſubtraxit nec in vllo obſcurata eius fuit ratio. In nobis autem illa aliquantulũ obtenebrat intellectum & debilitat affectum. Triſtitia aliquando ex accidia ac tedio prouenit & tũc ita aggrauat animam vt homini videatur: ꝙ nil ei libeat facere. & ſi ſcienter omittit ex tali triſtitia neceſſaria ad ſalutem peccat mor. Aliquando oritur ex inuidia, qua quis triſtatur de bono proximi tẽporali vel ſpirituali. Hæc cum totaliter charitatem extinguit.p.mor.eſt. Aliquando ab ira producitur: cum quis ex repentina aduerſitate opprimitur. Hæc cum aduertente ratione deſperationem inducit, vel homo ex ea Notabile damnum ſibi infert aut proximo.p.m. eſt. Aliquando ex miſeratione deriuatur, quæ haberi ſolet erga proximum. Hac fulgebat
Luc. 19. dominus cum ſuper Hieruſalem lachrimas emi
Rom. 9. ſit. Paulus cum dixit. Triſtitia mihi eſt magna & continuus dolor cordi meo. Et paulinus Epiſcopus nolanus: cum ſe humiliter pro redimendis captiuis venalem exhibuit. Aliquãdo naſcitur ex compunctione. Hac motus Petrus fleuit amare & remiſſionem ſui Peccati ob
Matt. 6. tinuit. Aliquando ex hipocreſi, qua homines exterminant facies ſuas. Aliquando ex deuotione, qua deſideratur cœleſtis patria, in via dulcis ſpiritusſancti præſentia & realium virtutum perfectio. Salubrẽ igitur hanc triſtitiam peroptemus & pernicioſam à nobis abiiciamus.

Accidia non minori ſtudio eſt ab animo reſeccanda, vt feruenter operemur pro Chriſti nomine.

Hæc cum humanam mentem obſidet horrorem loci parit, hominem ad omne opus bonum deſidem reddit, religioſa dictat officia vt ſub prætextu eorum animus diſtrahatur, abſentia loca magnificat, vt inſtabilitatem cordi inſerat, & laſſitudinem corporis ſuſcitat ac ſi miles Chriſti longo itinere maximoq; labore confectus exiſtat. Extra ſancti rigoris limites hominem protrahit, in ſuæ profeſſionis obliuionem præcipitare conatur, & ſic in eo operatur, ſi ipſius calliditati non reſiſtit, quòd breui ſe negotiis ſecularibus implicat. Ita ex terreſtri angelo totus mundanus efficitur. Hæc cum animam incaptiuitatem redigit ab omni contemplatione virtutum & intuitu ſpiritualium ſenſuum deturbat & retrahit. Hac ſeruus eius ſæpe in oratione ſomni telo eliſus concidit, vt fugitiuus ſub colore pietatis diſcurrit, & de monaſterii ſui clauſtris abſcedit.

Huius vitii dedititius nil aliud cogitare nouit quam de eſcis ac ventre (ideo ſemper procurat occaſionem futuræ refectionis delitiis paulatim inuoluitur & noxiis occupationibus irretitur, a quibus ſe forte nunquam poterit innodare. Temerariis iuditiis ac ſuſpicionibus mens eius repletur, dum neceſſaria victus requirit, adulationibus operam dare non erubeſcit, nouitates rumorum ſectatur, fabularum occaſiones venatur & diuerſorum domos ſolet vt nugigerulus penetrare velut is, qui iam perfricuit frontem, qui nec deum nec homines veretur, & qui quærit quæ ſua ſunt non quæ IESV Chriſti. Qui hanc expugnare

peroptat, ſanctis ſe operationibus occupet, infatigabilem Apoſtolorum vitam inſpiciat, in oratione ferueat, accidiæ damna diſcutiat, & in ſpirituali conflictu vim ſibi inferat. Qui ſectatur

Prou. 28. ocium replebitur paupertate. Qui.n. non laborat exterius non mãducat, & qui interins nõ operatur cibum qui nõ perit diuerſis vitiis in-

Ioan. 6. uoluitur, quæ ſpiritalibus eum diuitiis expol-

Iſido. liant. Accidia ſecundum Iſidorum parit cu-

Gre. rioſitatem, ocioſitatem, torporem, vẽtris inglũuiem, mentis inquietudinem & corporis inſtabilitatem. Et ſecundum Gregorium euagationem mentis, rancorem, amaritudinem, puſilanimitatem, deſperationem & malitiam. Ex accidia homo bona negligit inchoare & inchoata perficere, Propriæ ſalutis immemor efficitur & in tepiditatis manus miſerabiliter deuoluitur. Qui hanc ergo tam pernicioſam captiuitatem ſitit euadere ſe quam primum de accidiæ manibus eripiat, exerceat omni diligentia cordis cuſtodiam, & in iugi dominicæ paſſionis ſe detineat memoria.

Inanem gloriam oportet quoq; vera mortificatione confodere, ne operum noſtrorum fructus euacuet. Hoc vitium in principio bonorum operum nos aggreditur vel in progreſſu, vt ea propter humanam laudẽ exequamur, virtutes eneruat, Inobedientiam parit, ſingularitatem, hipocreſim, contentionem, nouitatum inuentionem, iactantiã ac pertinatiam, & vitia in anima multiplicat. Hoc vitium ſubtiliter ſe menti ingerit, carnales pulſat pariter & ſpirituales, & quanto quis perfectior eſt tanto eum

acrius inſequitur. Occulte nobiſcum congreditur & victorem ſuum ſæpe confodit & iugulat. Incurſus eius tanto pernicioſior ad nocendum quanto occultior eſt ad cauendum. Eſt in pluribus. p. m. præſertim cum in laude humana finem ſuum conſtituunt. Hoc vitium à dextris & à ſiniſtris nobis inſidiatur, quadam leui aura noſtras aures facit intumeſcere, in virtutum exercitio ac vitiorum extinctione ſeruũ dei vulnerare conatur, miſerabile vnicuiq; inſtar ſcopuli vndis obtecti naufragiũ pręparat. Quē non poteſt humana laude deiicere, falſa humilitate ſupplantat, quem eloquentiæ ornatu nequiuit extollere grauitate taciturnitatis elidit & dum vanitatis aculeos conaris effugere ſubtiliori te pulſat vanitate. Hoc vitium nos vbiq; inſequitur, ſi mundum homo deſerit vt terrenorum contemptorem extollit, ſi ſe in manuum opere exercet, intus laudat vt ſtrenuũ ſi eum orationi deditum conſpicit, vt ipſius fructũ perdat, inuehitur & ſi loquitur vt ſe audiat ſuggerit, quo hinc ſibi potius quã deo placeat. Hoc vitium cum ſe deiectum ſentit, acrius inſurgit ad pugnam & cum extinctum creditur ſua morte viuacius conualeſcit. Et ſic ille propriis telis occumbit, qui hoſtilibus armis ſuperari non potuit. Non ſimus ergo inanis gloriæ cupidi, ne in vacuum gratiam dei recipiamus, quia dominus diſſipat oſſa eorum, qui hominibus placent, & quicquid in conſpectu hominum nos ſingulares reddit ac notabiles inter ceteros velut laudę dignos omni ſtudio ad laudem dei & gloriam declinemus.

Superbia q̃tum ſuis obſit captiuis haud facile dixerim. Ideo contra eam aſpiciẽtes in auctorem fidei: qui propoſito ſibi gaudio talẽ pro nobis ſuſtinuit Crucem, eiusq; humilitatẽ iugiter contemplantes certamẽ feruenter ineamus. Qui in vno.n. ſuperbiæ ſpiritu (vt exponit Chlimacus) offenderit, factus eſt omnium reus. Hæc perfectos etiam in virtutum conſumatione poſitos depaſcit. Pauca igitur conſcribere de ipſa decreui, vt eius immanitate cognita ab omnibus propulſetur. Theſaurum.n. virtutum omnium exhaurit & nullum eſt vitium, quod ipſa, ſi in anima dominari permittitur, ei non inſerat. Quem ſuperbia ſuis compedibus detinet, ad deteriorem quottidie ſtatum prolabitur & ita miſerabiliter ruina lugubriore proſternit, q̃ vitam ſuam peſſimo fine concludit. Carnis.n. paulatim delitiis oblectatur, à cupiditate terrenorum vincitur & ab ipſa ſuperbia depredatur: dum vel de natalium nobilitate gloriatur; vel inflatur de ſeculi vanitate, vel pecuniis: quas ad ſui interioris hominis ruinam poſſidet extollitur. In ſuperbi corde adeo eiuſdẽ concreſcit captiuitas q̃ auribus ſuis ne verbum quidẽ Chriſtianę perfectionis admittit, & ſic in aliquo non valet emendari. Quicquid inuicem colloquuntur homines contra ſe ſuſpicatur eſſe prolatum. Si corripitur grauiori cordis obſtinatione duratur. Si loquitur excelſa eſt vox, ſermo rigidus, amara reſpõſio, & lingua præceps. Si tacet, eius ſilentiũ eſt ſummæ indignationis inditiũ. Nulli etiã ab ipſo leſo ſe vult ſubmittere, cõſcientiæ pacẽ hẽre nõ poteſt, propriã appetit ex-

Superbia.

cellentiam,ad irrogādas iniurias promptus eſt & ad eas ſuſtinendas debilis exiſtit. Bona quæ non habet ſuperbus habere ſimulat,multa facit commendandi ſui cauſa,quo minor alius fiat,& ſimulata affectione doctrinę,aut humilitatis aut miſericordiæ quęrit obumbrare alterius meri ta,vt ait Ambroſius: quod habetur.11.4.3.ca. 11.
Si quis vero.Superbus ſe aliis præferre ſtudet & bona,que in aliis viderit, diſcere contemnit. 22.diſt.De conſtan.Superbus nouas opiniones 22.
ex ſcripturis ſacris confingit. Hinc mirandum non eſt: ſi ſuperbi (dum ſibi nimium placent) ſæpe in hæreſim collabuntur. Superbus ſibi ſubditos ſemper cum aſperitate corrigit, arro ganter alios inſtruit & ſimpliciores quoſq; de ſpicit,in confeſſione peccata ſua integre non detegit & ſæpe quod aliis conuenit ſibi vſurpat officium.Superbus bonum quod habet ſibi ſo let aſcribere. Sic fecit Nabuchodonoſor, qui ſuam propter ſuperbiam eiectus fuit ab homi- Dan
nibus,cum feris habitauit & vt bos fœnum co medit. Superbus data ſibi à deo bona pro me ritis ſuis ſe habuiſſe reputat. Sic lucifer deo ſe ęqualem reddere tentās in profundum inferni Eſa.14.
detruditur. Superbus iactat ſe habere quod non habet. Et ſic in Apocalipſi ille qui ſibi di ues & nullius ęgere videbatur, reperitur miſer Apoc.3.
& miſerabilis,pauper, cæcus, & nudus. Su- perbus pro poſſe deſpectis ceteris ſingularis vi deri appetit. Et ſic Phariſeus, qui ſuper alios ſe extulit a domino reprobatus extitit de- ſcendente humili publicano in domum ſuam Luc.18.
iuſtificato. Ecce quomodo ſuperbi, dum ſe

extollunt,deprimuntur,quia voce domini.Qui ſe exaltat humiliabitur & qui ſe humiliat exaltabitur. Humiliemus ergo animas noſtras, quia omnes puluis & vmbra ſumus: quia & diuina maieſtas humiliauit ſe adeo ſe deiiciens
Phil.2. vſq; ad carnem, & crucis patibulum. Quid ſu
Humilitas perbit ergo homo puluis & cinis? Deo & hominibus ſemper odibilis fuit ſuperbia,& ab humilitate cũcta bona proueniunt.Ideo deo placet, diabolo diſplicet &, homini multum prodeſt. Deo Grata eſt:ideo ipſum ad nos inclinat,vt patet in Maria virgine: ideo Altiſſimus ſolum ab humilibus honoratur. Ideo dominus iugiter clamat.Diſcite à me: quia mitis ſum & humilis corde. Diſplicet diabolo. Hinc ipſe dixit Machario.Tua me vincit humilitas. Et Antonio reuelatum fuit, ꝙ ſola humilitas diaboli laqueos euaderet.Adhæc humilitas conterit caput diaboli, in vero pœnitente multos eius labores euacuat & in bonis illius detegit inſidias. Homini aũt prodeſt,quia eſt aquæ ductus dei: per quem gratiarum aquę: in nos defluunt, reliquas conſeruat virtutes, & diuina nobis pandit miſteria. Nam dominus intellectum dat paruulis, & inter ſapientes humilis ſemper erit ſapientior. Ad humilitatem ergo tota mente cõfugiamus,vt pręrupta ſuperbię declinemus. Superbus, vt ad rem noſtram redeam in verba paſſim ſine vlla cordis grauitate prorumpit. A charitate alienus eſt ac expers patientiæ. Si ſe ſubiicit nequiter ſe humiliat in nullo obedit niſi talem obedientiam propria eius præuenerit voluntas, difficultatem patitur cum ſuam ali-

quam reſecat voluntatem,incapax eſt omnis ſa
lubris conſilii, quia ſuo potius q̃ alieno credit
iuditio & Aliis præeſſe deſiderat velut plures
alios lucraturus. Ideo in eo nunq̃ poterit vir
tutum ſtructura conſurgere, quia veræ funda
menta non iecit humilitatis. Omne vitium
ſuam tantum contrariam ſibi virtutem impu
gnat, ſuperbia autem omnes opprimit & pro
ſternere tentat: & vniuerſam animæ ciuitatem, Pſal.51.
ſi poteſt,funditus diruit ac ſubuertit. Superbus
eſt ille homo: qui nõ poſuit deum adiutorem
ſuum: ſed ſperauit in multitudine diuitiarum
ſuarum & præualuit in vanitate ſua. Propter
quod deus deſtruet eum in finem: euellet eum
& emigrabit de tabernaculo ſuo: & radicem
eius de terra viuentium. Superbus dum tem
poralem gloriam querit: perdit æternam.
Non veniat ergo nobis pes ſuperbiæ: nec ma
nus peccatoris.i.luciferi moueat nos, quia de Pſal. 35.
us ſuperbis reſiſtit,& immundus eſt apud deum Iaco.4.
omnis: qui exaltat cor ſuum.Deprimamus ſpi
ritum noſtrum,quia nil habet homo, quod nõ
acceperit. Si autem accepit, quid gloriatur?
Omne.n.datum optimum & donum perfectum
deſurſum eſt deſcendens à patre luminum.
Quia inquam nullus perfectionem virtutum ac 1.Cor.4.
promiſſam beatitudinem vnquam propriis vi Iac.1.
ribus poterit obtinere: quia non volentis neq;
currentis ſed miſerentis eſt dei: & quia deus in
nobis manens (faciente tamen homine quod
in ſe eſt ſuo libero rectiſſime vtens arbitrio) ip
ſe facit opera. Humiliemur ergo dicentes Rom.9.
Miſericordia domini præueniat nos & miſeri

cordia domini ſubſequatur nos. Non hoc dico vt humanos conatus euacuans ab induſtria & laboris intentione quemquam reuocare contendam. Sicut hodiæ lutheri ſectatores aſſerunt. Christianam perfectionem ſic hominem non poſſe ſine dei adiutorio conſequi fatemur, quòd eum laborantem ac deſudantem volumus in ſpirituali certamine vt cum apoſtolo dicere poſſit. Gratia dei ſum id quod ſum. et Gratia dei in me vacua non fuit. Non ego ſolus ſed gratia dei mecum. Vt ſalubriter ſancta ergo Romana nos inſtruit eccleſia, ad eum confugiamus, ex quo ad virtutes & ad vitia liberi ſumus, qui dat petentibus affluenter pulſantibus aperit & a quærentibus inuenitur. Auguſtinus ſcribit. Nil boni meritorii per ſe poteſt liberum arbitrium efficere ſine gratia gratum faciente adiuuante, nihil quæ agere ſolet gratia ſine libero arbitrio hominis rationis capacis cooperante. Remedium cōtra ſuperbiam eſt ipſa Chriſti doctrina. In humilibus exercitiis occupatio. Profunda propriæ vilitatis conſideratio. Meliorum contemplatio. Dominicę humilitatis memoria & iuditiorum Dei contra ſuperbos conſideratio. Lucifer enim propter ſuperbiam cum ſuis in infernum detruſus eſt. Primi parentes de terreſtri Paradiſo meritò excluſit altiſſimus. Pharaò cū curribus & equitibus ingreſſus eſt in mare & reduxit ſuper eos dominus aquas Maris. Senecharib ſuperbus in templo a filiis ſuis occiſus eſt. Eſa. 37. Nabuchodonoſor vt bos fœnū comedit. Holofernes amputato capite cor-

Exo. 15.
Eſa. 37.
Dan. 4.

ruit exercitu ſuo fugam arripiente. Aman Iudith.15.
ſuſpenſus eſt in ligno, quod parauerat Mar-
docheo, vt in libro Heſter legitur. Humilia- 2.Mac.9.
tio Anthiochi neminem præterit. Herodem
qui decolauit Iacobum percuſſit angelus do-
mini. Iudeorum populus, quia Chriſti le-
gem ac doctrinam non admittens ſuperbè egit Act.12.
per orbem terrarum in ſeruitutem & oppro-
brium diſperſus eſt. Quia ſuperbia eſt per-
uerſæ celſitudinis appetitus, eius materia eſt ex
cellentia. Hoc vitium ortum habuit a demo Iob pe-
ne qui eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. Hu- nul.
miliet ergo ſe homo videns ſe eſſe puluerem ac
cinerem. Hinc Micheas ait. Humiliatio tua in
medio tui. Conſideret ſuperbus quid mereatur Mic.6.
in terris, ſi angelus elatus in coelo proſterni-
tur. De hoc caſu habes pie lector de peni. De pen.
diſt.2.§.principium & Luc.10. Caro ſemper diſt.2.
concupiſcit aduerſus ſpiritum, Mundus blan- Luc.10.
ditur aut terret & diabolus variis tentationi-
bus à recto tramite nos conatur deflectere.
Sed qui in Chriſto ſapiens eſt carnem domat &
ſpiritum roborat ſciens quòd talis concupi-
ſcentia a deo permittitur, vt humiliemur, ne
tepescamus, & ne a diſtrictionis rectitudine de
uiemus, vt nos homines eſſe contra cordis
elationem ſuis ſtimulis admoneat, & vt negli-
gentiam noſtram arguat. Sciens inquam ꝙ ten-
tatio hominem purgat, inſtruit, humiliat, in ſui
cognitionem trahit & ad deum ire compellit
ab eo fugans periculoſam ſecuritatem, torpo-
rē & negligētiā. Qui vult ergo veram integrita
tem conſequi humilitatis virtutē iugiter obti-

neat,omni diligẽtia cor ſuum cuſtodiat & vim diſcreto rigore ſibi inferat. Scit & prudens Chriſti miles ei in omnibus placere ſtudẽs, ꝙ niſi quis renunciauerit omnibus:quæ poſſidet: per ſui abnegationem, mundi contemptum & propriæ voluntatis reſeccationem , illius non poteſt eſſe diſcipulus , ꝙ à mundo præſſuram ſuſtinebit & illius de facili frangetur aduerſis. Scit quoqꝫ fortis domini adhleta , ꝙ diabolus nullum vincit niſi volentem,ꝙ neceſſariæ ſunt tentationes,vt coronemur , & quòd deuictis noſtris principalibus vitiis Diaboli fortitudo in nobis proſternitur. Contra ea igitur viriliter inſurgamus. Auaritia eſt extra naturam ab illius corruptione proueniens ac ſuæ commotionis cauſas extrinſecus accipiens. Gula & fornicatio, ſine carnali actione conſumari non poſſunt,& ſi cogitationes earum : quibus à nobis conſenſus adhibetur : ſæpe in corde mortales exiſtant. Ideo humiliter ac iugiter orandũ eſt. Pater noſter : qui es in cœlis:ne nos inducas in tentationem , ſed libera nos a malo : Illiciti ſcilicet conſenſus. Superbia & inanis gloria in mente complentur. Accidia & triſtitia inteſtinis motibus excitantur et ſæpe ex pondere corporis. Quod corrumpitur & aggrauat animam. Horum quedam ſunt carnalia, ſcilicet quæ ad ſenſum carnis pertinent : quibus ve illa delectatur , & paſcitur. Inquietas incitant mentes,inuitaſqꝫ eas nonnunq̃ quodam voluntario vinculo pertrahũt ad ſuę volũtatis aſcenſum. Quedam ſunt ſpiritualia,quæ miſerimæ iocunditatis paſtu animam tantum nutriunt

egrotantem. Illis laborantes triplici curatione indigent fideli fuga. ſ. occaſionū, diſcreta corporis mortificatione & rectiſſima mentis intentione. Hæc ſimplici cordis indigent medicina, continuis. ſ. lachrimis, ſuſpiriis & orationibus. Sæpe de gulæ ſatietate ac ventris ingluuie naſcitur & pullulat fornicatio, de fornicatione cupiditas, de cupiditate ira: de ira triſtitia & de triſtitia ſuccreſcit accidia. Ideo à præcedentibus ſemper cōtra ſequentes hoſtes certamen ineundum eſſe cenſeo. Qui vult ergo accidiam vincere, quam primum triſtitiam ſuperet, qui hanc propellere peroptat, extrudat iram & qui iram extinguere cupit, proculcet philargyriam: qui auaritiam ſitit euellere, fornicationem compeſcat, & vt hæc ſubtrahatur, gulæ vitium humiliter cohibeat. Inanis autem gloria & ſuperbia ſe inuicem nutrientes, aliquādo illarum actus reprimunt: vt facilius ſuo fungantur officio & illis euulſis viuacius pullulant & hominem acrius impugnant. Sicut gulæ fornicatio, cupiditati ira, & triſtitiæ accidia peculiari vinculo fœderatur, ita inani gloriæ familiariter cōiungitur ſuperbia. Hæ omnes niſi omni ſtudio comprimantur, inextricabiles laqueos nectunt ceruicibus captiuorum: effreni ſolent libertate dominari, & neminem ſinunt ad perfectionis culmen euolare. Ideo dicamus plorantes coram domino: qui fecit nos: Pater noſter, qui es in cœlis, libera nos a malo. i. a miſerabili vitiorum captiuitate. Hæc vitia licet omne hominum genus pulſent eodem tamen modo nō impetunt vniuerſos, ſed aliquod

eorum inſingulis principalem locum obtinet. Ideo quilibet aduerſus illud arripiat principale certamen: quod in ſe magis perſenſerit dominari. Huc tēdant cordis ſuſpiria, gemituum tela orationes, vigiliarum labores, tota mentis cura & interioris hominis induſtria, quia proſtrato capite miles chriſti triumphum breui dequalibet paſſione promeretur. Cum quiſq; ſe à principali vitio dei fauente gratia cōſpexerit abſolutum: turſum latebras cordis recta intentione perluſtret & aduerſus animæ paſſionem, quàm adhuc inter reliquas viderit duriorē, ſpecialius omnia ſpiritus arma cōmoueat. Hic ſemper validioribus inimicis ſuperatis celerē de reſiduis habebit facilemq; victoriam: quia & miles teſte Caſſiano triumphorum proceſſu redditur fortior & infirmorum pugna ſuccedens promptiorem ei prouentum faciet præliorum. Sicq; ſibi parabitur abſq; vllo diſcrimine paulatim contra omnes perfecta victoria: dequa tamen ſe nullus extollat, quia eam ſine dei gratia conſequi non poſſumus. Aliter fierent nouiſſima in homine peiora prioribus. Duce ergo ſemper humilitate contra hoſtes noſtros Progrediamur, & illis deuictis verę cognitioni noſtri interioris hominis immoremur. Dicentes. Pater noſter, qui es in cœlis. Sanctificetur nomē tuū. Adueniat regnum tuum fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra. Panem noſtrum quottidianum ſuperſubſtantialem maxime da nobis hodie. Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Et nenos inducas intentationē. Sed libera nos à malo. Amen.

.i.abūdāter tribuas quę petimus,& fac vt quod nobis expedit pro tui nominis gloria conſequamur. O pater noſter: qui es in cœlis: in creatione mūdi dixiſti. Fiat & facta ſunt omnia. Dixit, Maria humani generis reparationem ſitiēs. Fiat mihi ſecundum verbum tuum. Et verbum tuum carofactum eſt. Dixit filius tuus in orto conſumaturus opus noſtræ redemptionis. Fiat ſicut vis tuæ pro nobis ſe offerens voluntati & ſtatim habuit quod tota mente petiuit. Dixit filius tuus Cananeæ. Fiat tibi ſicut vis. Dic & noſtrum cuilibet beatiſſimæ pater, cum ad te confugit hanc dominicalē orationem proferens. Fiat tibi ſicut vis & vt exaudiri mereamur, præpara nos interius, ſicut illā ipſe miſericorditer præparauit. Da fidem firmam: qua effectu noſtrarum petitionum digni efficiamur. Da perſeuerantiam: qua nobis non contingat ab oratione fatigari. Da charitatem perfectam, vt repulſam à te non patiamur. Fac vt diſcamus inſtanter orare: importunè obſecrare & perſeueranter pulſare.

Fac vt vigilanter oremus nō minus mente quàm voce, ꝙ oratio noſtra bonis decorata ſit operibus, & quòd ad te ſemper noſtra dirigatur intentio.

Amen.

Totus noſtro ſit fixus in corde : qui totus pro no-
bis fuit fixus in Cruce.



Vt cor noſtrum charitate vulneretur, dei amore langueat, &
feruenter ſecura mente proferre valeat.
Ieſus Chriſtus Crucifixus amor meus.

INCIPIT QVINTA ET VLTIMA PARS OPEris: in qua aliquæ adhuc dominicæ orationis aureæ expoſitiones continentur.

PATER Noſter qui es in cœlis. In hac oratione tam breui dominus nos erigit ad cœleſtia, a terrenis abducit, ad verum patrem dirigit & regionibus affigit excelſis. In hac oratione teſte Chriſoſtomo veniam peccatorum, penarum interitum, iuſtificationem noſtram, ſanctificationem, & liberationem, filiorum adoptionem, hereditatem dei, fraternitatem cum ipſo vnigenito copulatam & ſancti ſpiritus dona largiſſima complectitur. Chriſo. In hac non minus pro fratribus q̃ pro nobis nos orare voluit. Ideo dixit. Cum oratis dicite. Pater noſter qui es in cœlis &c. Preces igitur pro comuni eccleſiæ corpore fundimus, dum dicimus. Pater noſter:&c.& non minus Matt.6. proximi commoda q̃ noſtra peroptamus. Hinc amor proprius interimitur, exploditur inuidia, extirpatur odiũ, inęqualitas tollitur, reprimitur ſuperbia, & radix omnium bonorum ac virtutum nutrix charitas animę orantis inſeritur, dum deum omnium patrem eſſe Dominus inſinuat. Vna omnium hinc ſplendet nobilitas ſerui ſcilicet ac domini, regis & miniſtri, diuitis

at pauperis, ſapientis & imperiti, ſi hi omnes
tali ac tanto patri fideles exiſtunt, dum deus
1.Ioan. 3. vniuerſalis omnium pater vocari dignatur, &
vult propter nimiam charitatem, qua dilexit
nos, vt filii dei nominemur & ſimus. Sed heu q̃
rati ſunt hodie, qui tam mirabili dignitate ſua
1.pet.3. culpa, dum carnis ſectātur deſideria (quę mili-
tant aduerſus animā) ſe indignos nō reddant,
qui inquam non quærant potius quæ ſua ſunt
quàm quę Ieſu Chriſti & qui tepiditatis morbo
non laborent aut carnalitatis. Pater noſter, qui
es in cœlis. i. in expurgatis mentibus, ſanctifi-
cetur nomē tuum id eſt, ex bonis operibus glo
rificeris in nobis. Et fac nos tā irreprehenſibi-
lem vitam ducere, vt eam mirātes ſinguli domi
num de ſeruorum ſanctitate collaudent. Adue-
niat regnū tuum id eſt, tuo ita nos amore ſuc
cendas, ꝙ vitæ huius operibus non inflemur
nec humiliemur aduerſis ſed tam quàm in ipſo
cœlo habitemus vtriuſque huius inequalitatis
immunes. Terrenis rebus ſic mentem noſtram
exuas, vt ad te cœleſtem patrem ſemper ge-
ſtiat, accurrat & euolet. Fiat voluntas tua ſicut
in cœlo & in terra id eſt concede vt conuer
ſatione cęleſtes ſimus interris, angelicam vitam
degamus in via, ad ſupernarum virtutum per-
fectiones ſimilitudinarie prouehamur, & quaſi
in cœlis habitemus ita cuncta perficiamus in-
terris. Fac vt more angelorum tuæ diuinæ ob-
ſequamur voluntati, vt in virtutum cultu terra
nil prorſus diſtet à cœlo. Tu enim quæcunq;
Pſal.148. vis facis. Tuum velle eſt poſſe. Tuum dicere
eſt operari. In creatione enim omnium dixiſti
& facta

& facta ſunt. Ab infidelibus erradices omnem infidelitatis errorem, torporem explodas à tepidis, vt feruentes efficiantur. Fac vt carnales te guſtent q̃ dulcis & ſuauis ſis domine, quia guſtato ſpiritu deſipit omnis caro. Fac vt omnis Pſal. 33. hæreticorum labes pœnitus diluatur, quo ad ſacratiſſimæ matris noſtræ gremium humiliter confugiant: fac vt falſi ſpirituales reſcipiſcant, ne in illis euacuetur ſanguinis Chriſti prætium, ſuorum operum meritum & eorum mercedem capeſcant in terris. Illumina dñe Iudæorũ tenebras, Luc. 1. quia in vmbra mortis ſedent, vt fiat vnum Ioan. 10. ouile & vnus paſtor. Panẽ noſtrum quottidianũ da nobis hodie. i. corporali ac interioris hominis neceſſitati noſtrę ſingulis diebus ſubuenias. non cogitamus de craſtino, quia nõ vis nos amplius indulgere naturæ q̃ ipſe neceſſitatis vſus expoſcit, quia omnem in nobis ſollicitudinem amputas & quia pro cibo dũtaxat quottidiano nos iubes orare tu qui paſcis volucres cœli, piſces maris & beſtias terrę. Dimitte nobis debita Matth. 6. noſtra ſicut &c. i. quia nõ eſt homo qui nõ pec- 1. Ioan. 1. cet etiam poſt ſacri baptiſmatis vndas te miſeri cordẽ patrẽ interpellamus, vt ſicut his qui nos ledunt indulgemus, quicquid deliquimus cõtra maieſtatem tuam ſanctiſsimã dimittere digneris. Miſerere noſtri deus ſecundum magnã miſe Pſal. 50. ricordiam tuam & ſecundum multitudinem miſerationum tuarum dele iniquitatem noſtram. Debita noſtra omnia nobis miſeris cõdonare digneris nõ noſtris meritis exigẽtibus ſed propter tuã ineffabilẽ clementiã, ardentisſimã charitatẽ & filii tui pasſionẽ amarisſimã. Et ne nos

inducas in tentationem id eſt ſic nos repleas virtute cōſtantiæ, cœleſtis accendas amore gloriæ, & tale ſpiritualis profectus nobis deſideriū inferas quod de omni tentatione victoriam referamus, ſingulis diaboli tentationibus reſiſtamus, & protracti in medium certando viriliter ac fortiter congrediamur. Sed libera nos à malo id eſt à poteſtate tenebrarum, à peccatorū nigredine & ab amoris proprii manibus eripias à quibus omnibus panditur omne malum. Fac ne veſtigiū quidem amaritudinis in nobis contra proximū tepiditatis in tuo ſeruitio & inordinati erga nos affectus remaneat per chriſtum dominū noſtrum. Amen id eſt fiat in nobis per gratiam & miſericordiam tuam, quod tota mente poſcimus.

PAter noſter, qui es in cœlis. Breuis vtiq; oratio ſed plena virtutibus, gratiarū omnium promptuariū, paterni erga nos dei amoris ſignum, & noſtrę defectibilitatis inditium. Ante hanc orationem non audebat homo oculos ad cœlum attollere, quos iugiter terræ tenebat affixso, ſed charitatem ſuam nobis aperuit altisſimus, vt vbi abundauit peccatum abundaret & gratia & ſic homo ex malo ſeruo factus eſt filius dei data ei poteſtate de terreno cæleſtem fieri. Ne ſibi hunc patrem aliquis ſpecialiter ſibi vendicet, cum ſolius chriſti ſpecialis pater exiſtat, nam illum ſolum genuit: nos creauit, vult ipſe dominus nos omnes dicere cum oramus. Pater noſter, qui es in cœlis &c. Illi eſt deus pater per naturam, nobis per gratiam. Enitamur ergo, vt ſimus veri filii tanti patris & fidelisſimę

noſtris eccleſiç. Iſte pater eſt in coelis ideſt vbi culpa ceſſauit, vbi candor mentis & cordis puritas fulget. Sanctificetur nomen tuum: licet ita ſanctum ex ſe ſit, quòd ei ex noſtra prædicatione nil ſanctificationis accedit. i. fac nos tales, ꝙ ad mentes noſtras eius ſanctificatio perueniat. Adueniat regnum tuum: quod tunc fiet in nobis, cum tuam perfecte gratiam conſequemur. De hoc regno ipſe dominus dixit. Regnum dei intra vos eſt. Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra. i. ſit pax in terra ſicut eſt in tota cœleſti curia. Hæc pax in illis eſt, qui cordiali dilectione proximum proſecũtur, à tua nunq̃ diuina excidunt volũtate & nil præter te appetunt, quorum caro ſpiritui ſubdita eſt, mens in te directa, & anima iugiter currit per Chriſti veſtigia. Qui inquam nulli volunt obeſſe & omnibus prodeſſe cupiunt, humiliantur diu noctuq; ſub potenti manu tua. Et veterem iam hominem depoſuerunt. Panem noſtrum quottidianum da nobis hodie. i. panem vitæ æternæ, qui animæ noſtræ ſubſtantiam fulcit, qui omne in ſe habens delectamentum de cœlo deſcendit. Hic panis o pie lector quia quottidianus eſt, ſic viue, vt quottidie illũ merearis accipere. Hinc ei non mediocrem iniuriam inferunt, qui niſi poſt annum illum ſumere dignantur. Quottidie ſi accipis hoc tam venerabile ſacramentum, quottidie tibi hodie eſt. Quottidie tibi Chriſtus patitur & reſurgit. Errat igitur qui panem vitæ noſtræ quottidianum nõ aſſumit: qui vulnus habens (nam ſub peccato ſumus) non medicinam quærit. Dimitte nobis

Luc. 17.

Aug.

debita noſtra ſicut &c.i.eam quam aliis præſta
mus nobis concedas indulgentiam, relaxes de-
bita,quæ tecum cõtraximus,& nobis perditam
reddas libertatem. Ne nos inducas in tenta-
tionem,ideſt non permittas nos ab ea deuinci
per noſtre conſenſum liberæ voluntatis, ſed fa
1.Cor.10. cias cum tentatione prouentum. Fac nos tuos
fideles athletas,& libera à malo, ideſt ab omni-
bus quæ in nobis tibi diſplicent. Non nobis
obrepat hoſtis,qui ſuis inſidiis homines ad cul
pam trahere conſueuit. Amen.i.fiat, vt te ve-
raciter agnoſcamus & fideliter diligamus.

PAter noſter qui es in coelis &c. Pater dici vult non dominus, quia illud eſt nomen amoris id timoris, quia inquam ſicut ipſe paterno nos amore proſequitur, ita à nobis querit filialiter diligi. Dum dicimus noſter. Nullus ſe de nobilitate generis iactans alios ſpernat,inferioribus inſultet,aut inuideat ditio
Col.3. ribus. Qui es in coelis. Vt quæ ſurſum ſunt queramus non quę ſuper terram nos dicere vo luit.Nam ſecundum deitatem vbiq; eſt. In ter-ra ſpiritualiter per miſericordiam, in inferno per iuſtitiam & in cœlo per gloriam. Voluit etiam nos dicere Qui es in coelis. Quia ad ſupernã felicitatem creati ſumus, & non habe-mus hic manentem ciuitatem ſed futuram in-
Hebr. 13. quirimus,quæ eſt cœleſtis illa Hieruſalem quæ conſtruitur in coelis viuis ex lapidibus. Pla-teæ & muri eius ex auro puriſſimo. Portæ ni-tent margaritis aditis patentibus, & virtute me ritorum illuc introducitur omnis qui ob Chri

ſti nomen hic in mundo præmitur. Tonſioni bus,præſſuris expoliti lapides ſuis coaptantur locis per manum artificis,diſponuntur perman ſuri ſacris ædificiis. Sanctificetur nomen tuum, ideſt in nobis ſanctum habeatur, vt illud cola- mus fideliter in corde credendo & amando,ore ipſum laudando & prædicando & opere Chri- ſtum realiter imitando. Sed heu q̃ plures ſunt hodie, de quibus dominus apud Eſaiam ait. Iugiter per vos tota die nomen meum blaſphe matur,quàm plures inquam ſunt,qui contra do mini præceptum eius nomen in vanum aſſume re non deſinunt. Adueniat regnum tuum,ideſt regnes in nobis per virtutum infuſionem: Et perducas nos ad regnum paratum ab origine mundi diligentibus te:in quo eſt vita ſine mor te,lux ſine tenebris, & regnum ſine commuta- tione,Nam ſemel habitum amplius amitti non poteſt. Fiat voluntas tua ſicut in coelo & in- terra, ideſt ſic in peccatoribus poſt realem eo- rum conuerſionem ſicut in iuſtis. Sic in ciui- bus militantis eccleſiæ ſicut in ciuibus trium- phantis fit. In hac ſpiritualiter petimus à do- mino ſimplicem ſuæ diuinæ voluntatis obſer- uationem optantes peccatoribus veniam, gra- tiam & iuſtificationem,ſine qua illa in eis non impletur, ſicut nec in his,qui vacui diuina gra- tia contra deum obmurmurant, dum aliqua tribulatione affitiuntur. Panem noſtrum quot tidianum da nobis hodie.i.præſentis vitæ ne- ceſſaria tu qui das eſcam omni carni. Dum di- cimus panem. Superfluitatem excludimus, & ad magnam gratiarum actionem inuitamur

Eſa. 52. Rom. 2. Matt. 25.

quia ſemper dat multa vltra panem iſte noſter cœleſtis pater: dat inquam pluſquã petimus. Dicimus da, quia a nobis nil habemus. (Hinc
1.Cor.4. Paulus. ait. Quid habes quod non accepiſti?) & quia de manu domini omnia temporalia re uerenter & humiliterq; accipere debemus. Dici mus nobis, quia nullus ſibi temporalia appro priare debet, ſed ea indigentibus communica- re, quæ deus ſibi tribuit. Dicimus hodie, quia deus non vult nos eſſe ſollicitos de craſtino.
Mat.6. Hinc ille diues, de quo agitur in euãgelio dixit. Anima mea habes multa bona in annos pluri- mos. Et reſpõſum habuit. Stulte hac nocte mo rieris, & quæ paraſti cuius erunt? Dimitte no- bis debita noſtra ſicut &c. i. relaxa nobis culpã & propter eam debitam pœnam. Remitte pec cata, quæ contra te, proximum & nos ipſos cõ- miſimus, ſicut à nobis proximo propter glo- riam nominis tui fit remiſſio. Non dimittẽti. n. te non dimittere nos nõ præterit. Ne nos indu- cas in tentationem. i. a futuris nos præſerues peccatis. Spiritum in nobis robores, ne velut piſcis in rethi a demone capiatur aut a carnis illecebris. O cœleſtis pater tentationes non renuimus, ſed cuſtodi nos tua miſericordia & pietate, ne tentatori conſenſus aures adhibea- mus. Scimus ꝙ nos permittis tentari, vt ten tati reſiſtamus, reſiſtendo vincamus, vincentes mereamur & merentes coronemur per Chriſtũ
Aug. dominum noſtrum. Scimus ꝙ nullus homi- num eſt tanta iuſtitia præditus, cui neceſſaria non ſit tẽtatio ad proficiendum. Scimus ꝙ per Chr̃um magna pars meritorum conſiſtit in hoc

ſpirituali certamine & in hoc ꝙ Chriſtianus conſtans ſit immobili quadam fretus patiẽtia, dum ſibi benefaçere & male pati contigerit. Sci mus ꝙ non coronabitur niſi qui legitime cer tauerit. Sed libera nos a malo, quia totus mun dus plenus eſt laqueis. Quacunq; nos vertimus diabolum nobis inſidiantem conſpicimus. Ideo ab eius nos eripias poteſtate. Nam nos extol lit in proſperis, deiicit in aduerſis, confundit in tus & per malos vexat exterius. Amen. i. con cede harum nobis petitionum effectum per dul ciſſimum filii tui paſſionem. Qui vult fructum orationum conſequi, quæ pro ipſo funduntur ad dominum, illum toto corde concupiſcat. De us. n. promiſſit ſe inueniri ab his, qui eum toto corde queſierint apud Hiere. Et deſiderium pauperum exaudiuit dominus ait Dauid. Sit in ſtatu gratiæ ſaltim per verã contritionem: Aliter locum habet illud Hieremiæ. Si ſteterit Moyſes & Samuel coram me nõ erit anima mea ad populum iſtum. Reputet ſe indignum co ram deo ſtare & pro ſeipſo orare accedens ad aliquem: qui a deo exaudiri mereatur. Sed (vt ait Gre.) Talis requiratur ad orandum, qui ſit idoneus ad placandum. Iuſta tantum ac ſalu taria petat ſibi a domino impetrari. Illa pe te a Deo, ſcribit Chriſo. quæ tibi expediat acci pere & illum deceat dare, & multorum ſe co mẽdet orationibus: quia eas impoſſibile eſt nõ exaudiri ab illo, cuius mors nos viuificauit, re ſurrectio erexit, & aſcenſio conſecrauit. Nam poſt eam nobis ſpiritum de cœlo tribuit. Nec te deiiciat confuſio ſi quod optas ſtatim non

2. Tim. 2.

Hiere. 29.

Pſal. 9.

Hiere. 15.

Gre.

Chriſo.

obtines, quia bonorum etiam deus ſæpe ora tiones nõ exaudit vt eorum probet patientiã quia eis maiora dare decreuit, vel vt illorum
Gre. deſiderium excitet. Hinc ſcribit Gre. Differt dominus dare quod petitur, vt dilatum peta tur ardentius, habeatur gratius & humilius cu ſtodiatur. Fructum orationis impedire ſolent orantis vel eius pro quo oratur peccatum. Il licita petitio & cordis diſſipatio. vigilandum
1.pet.4. eſt enim in orationibus ait Petrus, ne animus ſecundum gloſam ibi cogitet aliud præter il
Aug. lud ſolum, quod precatur. Hinc Aug. in re gula. Hoc verſetur in corde quod profertur in ore: quia teſte Iſidoro quaſi mugitus bouũ eſt oratio ſine deuotione, humilitate ac mentis
Iſidorus. attentione. Impedit etiam animi hæſitatio & cordis fluctuatio. Ideo ait dominus. Quæ cunq; orantes petitis credite quia accipietis, &
Mar.11. Iacobus. Poſtulet in fide nihil hæſitans. Impe
Iac.1. dit defectus perſeuerantiæ. Ideo ſcribit Paulus
Rom.12. orationi inſtate. Iac. multum valet deprecatio iuſti aſſidua & dominus in euangelio. Si perſe
Iac.5. uerauerit pulſans &c. Sancta.n. hæc laudatur
Luc.11. improbitas. Perſeueremus ergo cum Daniele in orationibus, quia dominus plus vult miſe reri quàm nos à miſeriis liberari. Plus vult da re quàm nos accipere, & promptior eſt ad ex audiẽdum in neceſſariis ad ſalutem quàm nos adorandũ. Pulſare pie lector non deſiſtas, quia
Aug. dare deus. Differt ſecundum Auguſt. vt am plius deſideres dilatum, & ne vileſcat cito da tum. Importune inſta vt amicus tuus qui eſt cœleſtis pater, accommodet tibi tres panes, id,

eſt, fidem ſpem & charitatem largiatur. Non dabit tibi ſcorpionem, ſerpentem aut lapidem, ſed piſcem fidei, quæ viuit inter fluctus & ab illis non frangitur nec ſoluitur. Sed ouum ſpei, quæ nondum peruenit ad rem ſicut nec ouum ad pullum. Sed cum patientia expectatur quod ſperatur. Dabit etiam iſte pater panem charitatis non lapidem, qui eſt cordis durities: quia ſi nos nouimus dare bona filiis noſtris quanto magis ipſe dabit ſpiritum bonum petentibus ſe? Dicamus ergo confidenter. Pater noſter, qui es in cœlis, &c. & conculcemus mundum, qui nos decipit. O munde immūde ſi tantum places cum immundus ſis, quid faceres ſi mundus eſſes? Si vis tenere periens quid faceres ſi maneres? Quem non deciperes dulcis, ſi amarus alimenta mentiris. Arbitremur fratres omnia vt ſtercora quæ mūdus ſuggerit, licet carni placeant, vt chriſtum lucrifaciamus. Amicitia. n. eius nos dei inimicos conſtituit. Ipſe plenus eſt laqueris & amaritudinibus. Breuis ac momentanea eius eſt fœlicitas: Inexorabilē mundus conſtituit ianitorē, qui de omnibus nil aſportare permittit. Et ab amatoribus ſuis excludit amorē dei. Non diligamus ergo mūdū neq; ea, quę in mundo ſunt, quia ſi quis eum diligit teſte Ioanne nō eſt charitas patris in eo. Reſiſtamus diabolo fortes in fide, cū nos impugnat, qa nr̄am perditionē ſitit, quia eſt rex ſuper oēs filios ſuperbiæ & qa nos de ſtatu gr̄æ præcipitare cōtēdit, licet tātū obeſſe quātū vellet à deo nō permittatur; Affligamus carnē, qa ſemp cōcupiſcit aduerſus ſpiritū,

Iaco. 4.

1. Ioan. 2.

1. Pet. 5.

Iob. 41.

quia eius deliciæ ſunt momentaneæ & æternis nos bonis expoliant, quia omnis gloria eius quaſi flos agri, & qa ſi ſpiritu facta carnis mor-
Rom. 8. tificauerimus viuemus & quia q ſeminat in carne de carne metet corruptioné. qui auté ſeminat in ſpiritu de ſpiritu metet vitam æternam.

PAter noſter qui es in cœlis. Spé habemus obtinédi cauſam noſtrã ex quo talis iuriſperitus nobis preces dictauit. Mira dei dignatio ꝙ non minus piſcator quã imperator, non minus ſeruus quam dominus & non minus vilicus quàm nobilis (quia eundem omnes patré habemus in cœlis) dicere poteſt. Pater noſter &c. Ex quibus verbis nos fratres omnes eſſe cõſpicimus. Habentes ergo talem patrem in cœlis attendamus quemadmodum viuamus interris vt illuc peruenire mereamur ſancti per ſanctificationem diuini nominis effecti, vbi ipſe lucem habitat inacceſſibilem & regnum poſſidet, quod non eſt de hoc mundo. Id tunc ad nos venit & nos ad illud cum veri imitatores chriſti ſumus, poſſeſſores virtutum, & contemptores mundi. Fiat voluntas tua ſicut incœlo & interra id eſt tollatur rixa & cõcupiſcẽtia, quę eſt inter carnem & ſpiritum vt non minus illa, quæ terra eſt quàm iſte: qui cœlo comparatur, tuã exequatur voluntatem. Vel concede cœleſtis pater, vt ſicut angeli tibi miniſtrant in cælo & ibi te non offendunt, ſic tibi maieſtatem tuam non offendentes ſeruiamus in terris. Panem noſtrum quottidianum, &c. id eſt, panem ange-
Pſal. 77. lorum: quem manducauit homo, panem inquã
Matt. 15. filiorum, quem non eſt bonum ſumere & dare

canibus, eſt panem verbi dei, quod quottidie per ſacros doctores ac veros prædicatores, qui doctrina & vitæ ſanctitate cunctas illuſtrant eccleſias, nobis aperitur & quodammodo frangitur. Hic panis reficit potius mentem quàm ventrem, dat mundo vitam & non permittit nos (ſi fideliter percipitur) guſtare mortem in æternum. Dimitte nobis debita noſtra, ſicut &c. Pactum pepigit nobiſcum dominus quòd ſi dimiſerit homo fratri ſuo, propria eidem dimittentur peccata. Qui vult ergo dicere effica- Mar. 11.
citer & plena fiducia. Dimitte nobis debita no- Luc. 6.
ſtra oportet quòd dicat veraciter. Sicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Ex quo ſine debitis nullus viuere poteſt. Inflare ſe poteſt homo, iuſtificare non poteſt. Si enim dixerimus, quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus & veritas in nobis non eſt. Multi 1. Ioan. 1.
dimittunt ore propter homines ſed tenent in corde, quia eorum potius quàm dei oculos timent. Fallit in hoc ſe homo non deum. Ne nos inducas in tentationem id eſt ita nos adiuues quòd propriæ non conſentiamus concupiſcētiæ, quæ cum conceperit parit peccatum. Peccatum vero cum conſumatum fuerit generat mortē. Quia ergo quiſq; tentatur à cōcupiſcētia ſua abſtractus & illectus, illi te nega pie lector. Noli eamſequi, quia alienat te à deo. Si dulce tibi videtur peccatū, amara eſt mors, Iaco. 1.
quæ eſt fructus peccati. Vitentur grauia, non contemnantur parua, qui enim minima negligit paulatim defluit. Sicut ſi non curatur ſentina, quæ paulatim impletur, mergitur nauis.

Sed libera nos à malo id eſt ab omnibus, quæ in nobis quouis modo tuam violant præſentiam, replent malis ac miſeriis & nos diaboli, qui ipſum malum eſt ſeruos efficiunt. Amen.

PAter noſter Amātiſſime. Benigniſſime. Clementiſſime. Dulciſſime. Excellētiſſime. Fideliſſime. Glorioſiſſime. Honorādiſſime. Innocentiſſime. Kariſſime. Largiſſime. Mitiſſime. Nobiliſſime. Omnipotētisſime. Preclarisſime. Quietisſime. Rectisſime. Sufficientiſſime. Tutisſime. Vtiliſſime Da vnicuique noſtrum, vt tibi ſoli intendat, te ſolum diligat & tuo ſemper amore ferueat. Tu es noſter verus pater. Amor. Theſaurus. Eruditor, director & finis. Tu es noſtrum verum gaudium, lumen & refugium. Ne derelinquas ergo opus tuum, o artifex potentiſſime ne ſinas perire prætium mercationis tuæ o mercator prudentisſime. Tende tui igniti amoris rethia, vt, nos capias o venator circumſpectisſime & purifica noſtrum interiorem hominem o hoſpes animæ dulciſſime. Tu es vita noſtra. Quies. Spes. Gloria. & fortitudo noſtra. Ideo o pater noſter ad te confidenter confugimus nos qui ſumus pupilli ſine te, vacui & exules, terreni & miſeri: Errantes: rebelles: mendici, peccatores: tentati & fragiles. O pater noſter iocundiſſime. O Illuſtrator fulgentisſime. O Amator ardentisſime, quando te diligemus ita feruenter amore perfectisſimo ꝙ quilibet noſtrum cum ſponſa clamare valeat. Vulneratus ſum charitate. Amore langueo o Hoſpes ſuauisſime: qui es in cœlis. Quando reddes nos tales tui amoris incendio, ꝙ ha-

bitare digneris,vt in cœlo in noſtri cordis tugu
riolo ? Tu es auctor omnium. A quo:per quē
& in quo ſunt omnia. In perfectione tua eſ-
ſendi tibi congratulor quia eſſe tuum eſt per-
fectisſimum. Tuum poſſe eſt idem, quod vel-
le: & à tuo hæc omnia pendent arbitrio. Tu
es o pater noſter,qui es in cœlis, Summa boni
tas,cauſa cauſarum & decus vniuerſi. Ideo nil
eſt te delectabilius,deſiderabilius & magis ama
bile.Ideo cauſa cauſarum miſerere mei. Ideo
à te decoratum eſt cœlum ſyderibus, aer volu-
cribus,terra animalibus,herbis ac floribus & pi
ſcibus mare. Ideo inquam pulchritudinem
tuam ſol & luna mirantur. Inte deſiderant an
geli proſpicere, & à te formoſitatem ſuam tra
hunt vniuerſa. O ſapor ſanctisſime. Sanctifice
tur nomē tuum,vt illud ſic dulceſcat in nobis,
ꝙ tranſeuntes per bona temporalia non amit-
tamus æterna. O pater beatisſime, qui regis
& foues omnia,tu es æternus nutritor omnium
& fons limpidisſimus,à quo manant omnes the
ſauri ſapientiæ & ſcientiæ. Tu es illa æterna ſa
pientia,quæ attingis a fine vſq; ad finem forti-
ter, diſponens omnia ſuauiter, quæ contines
coelorum thronum,quæ abyſſos intueris: quæ
corda ſcrutaris omnium: quæ montes ponde
ras in ſtatera: quæ terram palmo concludis, &
legem poſuiſti aquis,ne tranſeant fines ſuos.
Ex quo voluntas tua rectisſima. (O felicisſime
pater noſter,qui es in cœlis)eſt ſanctificatio no
ſtra,ita ſanctificetur in nobis nomen tuum, ꝙ
ea digni efficiamur. O rex prȩclarisſime Ad-
ueniat regnum tuum vt tuo ita ſubiiciamur re

gimini,ꝙ nil præter te dominetur in nobis. Tu
es gloria mundi. Ideo merito te adorant an-
geli,laudant archangeli,& colunt,quæ a te con
dita ſunt,omnia. Tua eſt terra,& plenitudo
Pſal.49. eius. Orbis terrarum & vniuerſi, qui habitant
in eo. Glorię & diuitiæ in domo tua. Magni
ficata eſt ſuper cœlos incomprehenſibilis maie
ſtas tua. Tu es magnus dominus & laudabilis
nimis & magnitudinis tuæ non eſt finis. Tuum
proprium eſt miſereri. Miſerere ergo noſtri
domine miſerere noſtri, vt adueniat regnum
tuum. O preceptor prudentiſſime. Fiat volun
tas tua ſicut in cœlo & in terra,vt in omnibus
ei nos cóformes reperias. Ipſa.n.eſt regula rea
lis rectitudinis,corona ſanctorum: iubilus an-
gelorum & ſpeculum omnium electorum.Fiat
ergo ſicut in coelo & in terra. O nutritor ſuf-
ficientiſſime panem noſtrum quottidianum da
nobis hodie vt plena in te ſatietate paſcamur.
Boeti. Exaudi nos o pater noſter, qui perpetua mun-
dum ratione gubernas, qui ſtabilis manens das
cuncta moueri,qui es requies tranquilla piis &
quem cernere finis. Venimus ad te nos paupe
res poſiti in laboribus à iuuentute noſtra ſcien
Matt.11. tes ꝙ nos inuitas dicens. Venite ad me omnes,
qui laboratis & onerati eſtis & ego reficiã vos.
Tu es ille,qui,cum aperis manum tuam imples
omne animal benedictione. Oculi hominum
Pſal.164. in te ſperãt domine & tu das illis eſcam in tem
pore opportuno. Regnum tuum,regnum om
nium ſeculorum & dominatio tua in omni ge-
neratione & generationé. O creditor largiſſi
me Dimitte nobis debita noſtra ſicut & nos di

mittimus debitoribus noſtris .i.ſicut fratribus noſtris indulgemus ita nos filios prodigos ſuſcipiens remittas nobis omnem exceſſum o cõſolator optime, qui tanta fulges miſericordia, Luc.15.
qui non vis mortem peccatorum ſed magis vt cõuertãtur & viuant,& qui es benignus, miſericors & præſtabilis ſuper malitiam. Noſtris malis offendimus tuam deus clementiam. Effunde nobis deſuper remiſſor indulgentiam. Multum quidem peccauimus ſed parce confitentibus. Ad laudem tui nominis confer medellam languidis. O cuſtos diligentisſime. Ne nos inducas in tentationem.i.Sic nos tua tuearis cuſtodia ꝙ nobis non præualeat hoſtis in ſpirituali certamine. Adiuua vt vincamus. Fac vt cũ fratribus meis in pace in idipſum dormiam & requieſcam. Oſtende nobis pater altisſime miſericordiam tuam & ſalutare tuum da nobis. Apprehende arma & ſcutum & exurge in adiutorium nobis. Non permittas nos tentari ſupra id quod poſſumus,ſed facias cum tentatione prouentum,ſed ſuccurre miſeris,refoue flebiles:iuua puſilanimes. Sed inquam libera nos a 1.Pet.5.
malo o liberator fortiſſime.i.de diaboli manibus: qui tamꝗ Leo rugiens ſemper circuit quærens quem deuoret. Si tu nos liberaueris, vere liberi erimus. Amen.i.concede o pater noſter: qui es fidelis in omnibus verbis tuis quod a te tam confidenter petimus.

Pater noſter. Dum dicimus o fratres. Pater noſter teſte Caſſiano de cõditione ſeruili in adoptionẽ filiorũ nos profitemur aſcitos. Dum dicimus,qui es in in coelis, ad illam coe-

lis, ad illam cœleſtem veramque regionem
Caſſiæ. (Hic enim non habemus patriam permanentē)
in qua patrem noſtrum commorari fatemur,
ardenti ac ſummo properandum eſt deſiderio.
Nil admittamus in nobis, quod tante adoptio-
nis dignitate nos indignos efficiat. Dum dici-
mus ſanctificetur nomen tuum, ad tam altiſ-
ſimi patris gloriam totius mundi ſalutem &
reformationem peroptamus. Hoc tam lau-
Exo. 32. dabile deſiderium erat in Moyſe, cum dixit.
Aut dimitte eis hanc noxam aut ſi non vis
dele me de libro vitæ. In Michea propheta,
quando volebat ſe ab inſpiratione Sancti ſpi-
ritus alienum, quo plebs iudaica exitio capti
Mic. .. uitatis euaderet. Et in Paulo, quando cupie
2. Cor. 13. bat anathema fieri pro fratribus ſuis. Secu-
rus optabat interire pro chriſto qui nouit ne-
minē mori poſſe pro vita. Sanctificetur nomē
tuum in nobis, vt ſanctificationē tuam, quanta
ſit capere vel intelligere mereamur, vel vt ipſa
in conuerſatione noſtra ſpiritualis actus appa
reat, vel vt ad tui nominis gloriam ſimus per-
fecti ſicut & tu pater cœleſtis perfectus es. vel
vt ſic luceat lux noſtra coram hominibus, ꝙ
videntes bona opera noſtra glorificent te pa
trem noſtrum, qui in cœlis es. Adueniat re-
gnum tuum. vt in nobis regas quod eſt de-
uium, vt extinctis vitiis per veram virtutum
acquiſitionem in corde noſtro incipias domi
nari, vt princeps mundi huius in nobis non ha
beat quicquàm, & vt ſimus tales dulciſſimi
filii tui imitatores, quòd per eum ad tuum
cœleſte regnum fidelibus tuis paratum à con-
ſtitutione

ſtitutione mundi peruenire mereamur. Fiat voluntas tua, qua vis omnes homines ſaluos fieri & ad agnitionem veritatis venire. Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra quo terrena mereantur coeleſtibus coequari, ſint homines imitatores angelorum, & ſicut ad tui diuini beneplaciti executionem promptus eſt ſpiritus ita parata ſit caro, quæ infirma eſt. Panem noſtrum quottidianum da nobis hodie id eſt in ſanctiſſimo altaris ſacramento filium tuum, ſine quo non viuit anima. Dicimus quottidianum, quia ſine ipſo nullo die ſpiritualem vitam capere valemus. Dicimus hodie id eſt dum in hoc ſæculo commoramur. Qui enim in hac vita eũ percipere non meruerit in coeleſti patria eius particeps eſſe non poterit. Et dimitte nobis debita noſtra ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Non ſolum dominus acceptabilem ſibi nobis orationis tradidit formam, ſed etiam quodammodo poteſtatem, qua patrem noſtrum poſſimus adueniam delictorum noſtrorum exemplo noſtræ remiſſionis inducere. Dum vult nos dicere. Pater noſter, qui es in coelis, dimitte nobis debita noſtra ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Quiſquis ergo in ſe delinquenti fratri non ex corde dimiſerit non indulgentiam ſed condemnationem de hac oratione ſibimet impetrabit ſuaq; deprecatione ſemetipſum poſcet dirius iudicari. Non deum placabit ſed irritabit, non inducet adueniam vt patrem, ſed vt iudicem ad ſententiam trahet. Ideoq; fratres ſi à noſtro coeleſti patre clementer volumus iudicari, ſtudeamus quoq;

Matth. 25.
1. Tim. 2.
Luc. 1.
Luc. 6.
Matt. 18.
Iaco. 1.

nos erga illos: qui in nos deliquerunt eſſe cle-
mentes. Tantum enim remittetur nobis quan-
tum nos illis remiſerimus. Et iuditium ſine mi-
ſericordia exemplo ſerui nequam fiet ei, qui
non fecerit miſericordiam. Et ne nos inducas
in tentationem. Non vult nos preces hic ef-
fundere dominus, quo non tentemur, ſed vt di
uinum ipſius auxilium impetremus, ne à dia-
bolica tentatione ſuperemur. Tentati ſunt
plures patres noſtri ſed non inducti ſunt in ten
tationem, quia eorum nullus tentatori liberæ
voluntatis cõſenſum præſtitit. Nullus.n. tenta
Ambro. tus delinquit, niſi propria voluntate deflexerit.

Tentatio proprie dici poteſt omnis motus
& impulſus ad peccandum inclinans, vt ſunt ſti
muli carnis, diabolicæ ſuggeſtiones adulatio-
nes &c. A diaboli tentationibus tãto homo ſo-
let acrius impugnari: quanto ſtudioſius in vir
tutibus creſcere & deo placere conatur. Tenta
tus ſe adiuuet oratione ad deum confugiens,
quia & milites obſeſſi ſuccurſum petũt ac cõfeſ
ſione, quia & latrones fugiunt eos accuſantes
& prodentes coeteris. Tentari nos permittit
deus donec purgamur. Sic & agricola triticum
in agro relinquit ventis, niuibus & pluuiis expo
ſitum, donec ad maturitatem perueniat. Tenta
to triplex adeſt ſplendor, ne a tentatione vin-
catur ſcilicet ſplendor ſcripturæ ipſum infor-
mans, ſplendor angelicæ cuſtodiæ ipſum con-
fortans & ſplendor diuinæ miſericordiæ: vt
ipſum vincentem coronet. Tentatio aliquos
præcipitat & aliquos purgat. Sic & formicæ
deſtruunt plantas tritici & vrſos, qui cum infir-

mantur ipſas deuorant, purgant. Negligentes enim in via dei de facili in tentationibus corruunt. Diligentibus autē deum omnia cooperantur in bonum. Beatus ergo vir qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vitæ. Tentatus de carne fuga ſibi conſulat, quia per ſubtractionem lignorum & ignis extinguitur. Tentatus ſe roboret humilitate & obtinebit victoriam, quia & piſcatoris rethe non capit piſciculos. Tentatus non confundatur, non excidat animo, quia princeps non pulſat quos quieto iure poſſidet & nulla maior tentatio reperitur, quàm nulla tentatione pulſari. Diabolus tentat potius de illa re, qua homo alias cecidit ſciens ꝙ citius incenditur lignum quod aliquando fuit in igne, quàm illud quod nondum in vulcani manus deuenit. Diabolus illos maxime tentat: qui ad deum ſe conuertunt. Sic & pharao perſecutus eſt fugientes filios Iſrael. Tentat & hominem ſemper de illo peccato: ad quod videt illum proniorem. Sic & dux exercitus expugnat caſtrū ex ea parte: in qua illud debilius eſſe intuetur. Tentatio hominem probat an creatori ſuo fidelis ſit & obediens: ſic & in ſæculari militia principi oſtendit fidelitatem ſuam miles, dum pro eo viriliter certare conſpicitur. Tentatio hominem humiliat, inſtruit, illuminat, purgat, in ſui cognitionem trahit, conſeruat in gratia & ad deum ire compellit. Tentatio in nobis virtutes conſeruat ſicut cinis ignem, fugat negligentiam torporem, ocioſitatem, propriam confidentiā præſumptionem (per eam enim homo ſibi in

Rom. 8.
Iac. 1.

noteſcit,& quid valeat in pace non cognoſcit) & periculoſam ſecuritatem. Tentatio auget ſpiritualem profectum indiligentibus deum, quia in eis dominus facit cum tentatione prouentum. Viriliter agat: qui deo ſeruire & placere Peroptat, cum à tentationibus impugnatur, quia vincenti dabitur manna abſconditum, quia coronabitur qui legitime certauerit, quia dominus poſt tempeſtatem tranquillum facit, & quia inde cum propheta dicere poterit. Secundum multitudinem dolorum meorum conſolationes tuę lætificauerunt animam meam. Viriliter ergo agamus exemplo ſanctorum & præſertim Abraam, Iob & Ioſeph, cum à tentationibus propulſamur dicentes. Pater noſter ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos, à malo. i. ſed facias in nobis certantibus cum tentatione prouentum. A diaboli nos eripias poteſtate, & gratiam tuam iugiter nobis infunde, qua pro tui nobis gloria contra ipſum victoriam conſequamur per Chriſtum dominum noſtrum. Cui tecum & cum ſpiritu ſancto ſit honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

1. Cor. 10.

FINIS.

220662

AD LECTOREM.

QVò plura errata impreſſoris incuria reperies cãdidiſſime lector, eò maiorem ingenium tuum excitandi habebis occaſionẽ. Chriſtianũ igitur age in hoc,vt ſpiritus tui nobilitas eluceſcat. Nec aliud vale in domino, qui mecum miſericorditer te felicem reddat in cœleſti patria: Vbi eſt felix tranquillitas,& tranquilla felicitas,iocunda gloria & glorioſa iocunditas, veritatis ſerenitas & ſerena veritas in ſæcula ſęculorum. Amen.

Preſens opus ego quoq; imprimendum conceſſi.
Phi. Archin. Vica .S. D. N. Papæ.

TABVLA ALIQVORVM SPECIALIUM LOCORUM HUIUS OPERIS.

DE numero ſeptenario.	fo. 13.
De ſacra ſcriptura & Eccleſia.	fo. 13.
De obedientia.	fo. 14.& 57.
De libero arbitrio.	fo. 15.
De euchariſtia.	fo. 18.& 35.
De perſeuerantia.	fo. 24.
De corde & conſcientia.	fo. 27.
De humilitate.	fo. 28.41.& 115.
De Iuſto	fo. 31.
Qui ſint veri Chriſtiani	fo. 33.
Boni Chriani ſigna. Et ſpūs ſancti dona.	fo. 34
Animarum conuerſio.	fo. 35.
De paſſione Chri. Et gaudio mūdi.	fo. 36.& 41
Dignitas Chriſtiani.	fo. 37.
De virtute	fo. 37.
De anima	fo. 38.
De elimoſina.	fo. 39.
Gratiarum actio.	fo. 45.
Qui nolunt ſeruire deo.	fo. 45.
Cogitatio	fo. 46.
Linguæ refrenatio	fo. 47.
De operibus.	fo. 48.
Vtilia animæ conſilia.	fo. 60.
De pœnitentia	fo. 67.& 98.
Iniuriarum remiſſio	fo. 80.
Fraterna correctio.	fo. 82.
Tentatio.	fo. 84.& 122.
Veteris hominis depoſitio.	fo. 98.
De naturalibus vitiis.	fo. 104.
De ſuperbia.	fo. 114.



REGISTRVM.

ABCDEFGHIKLMNOPQR.

Omnes ſunt quaternæ præter R quæ eſt duerna.

Terminatum Romæ in officina Antonii Bladi Cameræ Apoſtolicæ Impreſſoris, Die 13. Menſis Martii, Anno Domini. M. D. LI.

BIB. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google